Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 10

d

Euſebius Corradus Mediolanenſis canoni-
cus regularis cõgregationis lateranenſis ad ſan-
ctiſſimum dñm nr̃m noſtꝝ Sixtum quartũ pontifi-
cem maximum: pro auferendo de eccleſia errore
ſcribentium: Sanctũ Auguſtinũ eccleſie doctorez
fuiſſe heremitam.

NOn multoꝝ more dicentiũ aut potius qua-
dam dicacitate loquentiũ: diffuſis utar ambagi
bus pať beatiſſime: ut beniuolũ reddã illũ quẽ
poſt trinaz chriſti interrogationẽ ac veluti petri
reſponſionez eiuſqꝫ imitationẽ de ouiũ dilecti-
one: ꝑmo quaſi cõtriſtatũ ⁊ deinde ꝯſolatum:
ap̄lica tandem ſedes ad pontificatũ maximũ admittere conſue-
uit. Neqꝫ eũ docilem reddere debeo: quem inť ceteras v̄tutes
ſingularis ſcientia ⁊ incredibilis diuinaꝝ reꝝ cognitio: ad ſum-
mã dignitatem in terra chriſti vicariatus attraxit. Dicturo tamẽ
mihi de rebus que fundamenta fidei: ⁊ veritatis exturbant: ⁊ de
his que ſponſe tue veſtimenta in ſponſi dedecꝰ polluerunt pro q-
bus ſingulis obſeruandis (ne fiant) ſanctitas tua etiam ſangui-
nez effundere ſicut martyres pro eccleſia chriſti fecere. Cũ opor
tuerit debet. Non ſoluz non attẽdere ⁊ narrantis ab ore pende-
re: ſed in illos iraſci ⁊ non peccare ſanctitatem tuaz nequeo dubi
tare. Apparuit noſtris diebus homo qui craſſatus ⁊ dilatatꝰ re
calcitrauit ⁊ neſcio ſi dixerim de Iude vľ chriſti catino repletus
qui cruditates ſcripturaꝝ quaſ veluti grandes ⁊ nimios cibatus
inglutitos digerere nequibat: eructare cepit in chriſti diſcipulos
in clericos preſertim antiquo apoſtolorum more viuentes: libruz
qꝫ compoſuit tuo ſanctiſſimo nomini dedicatum: in quo ſunt ſe-
ptem concluſiones falſiſſime: codice in magno inuolute atqꝫ re-
ſperſe. Quas primo apocryphis: deinde autenticis: ſed viciatis
⁊ immutatis ſcripturis: poſtremo etiam truncatis multis in locis
nititur approbare ita ut quãdoqꝫ decem quandoqꝫ viginti: quan

doqꝫ triginta linee ſcripte de originali bus non caſu (⁊ impreſſo
ris ignauia) ſed falſigraphi ⁊ hereſiarche hui⁹ erroris primi in-
fradicendi: dolo ⁊ calliditate ſubtracte manifeſte uideant̃ ⁊ dum
probare nititur inter cetera ſanctum Auguſtinum fuiſſe heremi
tam: in alios plures varioſqꝫ incidit errores: ita ut ſanctos Am-
broſium ⁊ Auguſtinum in ſcripturis falſo illi attributis mẽdacia
loquentes inducat. A veritate quidem auditum auertit ⁊ ad fa-
bulas conuerſus. Sedit in inſidiis cum diuitibus in occultis: ⁊ ut
interficeret innocentes ⁊ trucidaret rectos corde. Mille ille vo
lumina falſificare non trepidauit. Nempe de ipſo dici poteſt qd̃
Pſalmiſta de ſimilibus ait: Sub lingua eorum labor ⁊ dolor et
linguis ſuis doloſe agebant. Et ſepulchrum patens eſt guttur eo
rum: iudica eos deus. Igitur ne fetor huius improbe ⁊ deteſta-
bilis ſcripture obſerpere poſſit in orbem: opus eſt celeri ⁊ diligen
ti antidoto: tua auctoritate pater ſanctiſſime tẽpato ⁊ meo ſtu-
dio preparato. Hoc nẽpe mihi mõ remedium viſum eſt optimũ
ac ſingulare. Primo tres ſermones dignos ſancti Auguſtini d̃
moribus ⁊ vita clericoꝝ partim neglectos: partim immutatos et
male ab illo interp̃tatos noua litteraꝝ cõpoſitione ⁊ impreſſione
ꝯficiendos. cum aſſignatiõe in margine libri ubi eoꝝ in decreto
partes habeantur. Deinde ſecundo loco uitã quã ſcripſit ſanctus
Poſſidius epiſcopus calamenſis de ſanctiſſimo Auguſtino et
de ſtatu clericali ⁊ de eius moribus: que corrupta fuit: ⁊ rara inue
niebatur. Et modo truncata viciata omninoqꝫ corrupta ubiqꝫ in
uenitur venalis ⁊ venata uenditur ⁊ donatur: integratam: corre-
ctam: ⁊ emendatam reddere ⁊ propalare. Nam non ſolum lati-
nam legere: ſed etiam langobardorum litteris ſcriptam videre ⁊
perlegere volui: ut emendaciorem haberem. Poſtremo libellũ
producam noſtrum ſi oportuerit ⁊ ſanctitati veſtre placuerit ex-
amuſſim ad illius obiecta falſiſſima reſponſalem: que quaſi ex ſe
ſoluta patebunt his qui diligenter ſermones tres ſupraſcriptos
viderint de vita ⁊ moribus clericorum: cum ipſi⁹ ſanctiſſimi Au
guſtini vita quã Poſſidius ſcripſit: eo tunc in libro ſanctiſſimum

nomen tuum eterna laude donabitur:pro commiſſione reueren
diſſimis cardinalibus ſuis nominibus dignitatibus ⁊ virtutibus
declarandis facta:pro deciſione pro huius erroris perpetuo ſilen
tio imponendo.proq; ueritate huiuſmodi declarata profecto ſe-
renabitur orbis:quieſcet irreligioſorum nuge. Dabuntur omniũ
ſanctorum ⁊ bonorum hominum corda quieti.benedicentur tem
pora tua inſtabilia omnia te Sixto pontifice maximo iubente fir
mata fixaq; manebunt. Accipe igitur pater ſanctiſſime de manu
mea ueteres:ſed modo innouatas ſcripturas: non aurum ſapien
tie:non argentum prudentie:ſed caprarum pelles ⁊ non ad orna
mentum tabernaculi:ſed ad protegendum illud a pluuiarum in-
iuriis que utiliores modo mihi eſſe uidentur auro ⁊ lapidib⁹ pre
cioſis:contra hereſim iſtam ꝙ tunc fuerint illa precioſiſſima tem
pli antiqui dona:qualibus tua:tu potentia ⁊ ſapientia preſentem
ditare potes eccleſiam.


¶ Epiſtola ad papam Sixtum quartum.
¶ Sermones tres beati Auguſtini doctoris eccleſie de morib⁹ ⁊ uita clericorum.
Primus incipit: Charitati veſtre ⁊c. in folio
Secundus: Propter quod volui ⁊ rogaui ⁊c. in folio
Tertius: Ante omnia fratres chariſſimi ⁊c. in folio
¶ Uita beatiſſimi Auguſtini quam ſcripſit ſanctus Poſſidi⁹ epiſcopus calamenſis eius vite comes annis. xl. in fo.
¶ Epiſtola ſancti Auguſtini ſi liceat clericis populum ⁊ gregem ſibi commendatum perſecutionis tempore relinquere. i fo.
¶ Oda in laudem ſanctiſſimi Auguſtini in folio

¶ Sermo ſancti Auguſtini yponenſis epiſco
pi preclariſſimiqꝫ doctoris eccleſie catholice:
de moribus ⁊ vita clericorum.

Charitati veſtre hodie de nobis ipſis ſermo
reddendus eſt: Quia enim ait Apoſtolus ſpe-
ctaculum facti ſumus mundo ⁊ angelis ⁊ ho-
minibus. Qui nos amant querunt quid lau-
dent in nobis. qui autem nos oderunt detra
hunt nobis. Nos autem in utroqꝫ medio con
ſtituti adiuuante domino deo noſtro ⁊ uitam noſtram ⁊ famam
noſtrā ſic cuſtodire debemꝰ ut nō erubeſcant de detractoribꝰ lau
datores. Quomodo autem viuere velimus: aut quomodo deo
propitio iam viuamus quamuis de ſcriptura ſancta multi noueri-
tis: tamen ad commemorandos uos: ipſa de libro actuū apoſto
lorum vobis lectio recitabitur: ut videatis ubi deſcripta ſit forma
quā deſideramuſ implere. Dum ergo recitatur uos intēſiſſimos
eſſe volo: ut poſt eius recitationeꝫ quod inſtitui loquar (domino
donante) intentioni veſtre. Cumqꝫ Lazarus diaconus legeret:
Quum oraſſent apoſtoli motus eſt locus in quo erant congrega
ti ⁊ impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto ⁊ loquebantur verbum dei
cum fiducia omni uolenti credere. Multitudinis autem creden
tium erat cor vnum ⁊ anima una: ⁊ nemo eorum que poſſidebat
aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia cōmunia ⁊ virtu-
te magna reddebant apoſtoli teſtimoniuꝫ reſurrectionis domini
ieſu. Gratiaqꝫ magna erat ſuper illos. neqꝫ eni egens quiſqꝫ fuit
inter illos. Quotquot enim poſſeſſores prediorum vel domoruꝫ
erant: vendentes offerebant p̄cia illorum ⁊ ponebant ante pedes
apoſtolorum. Diſtribuebatur autem unicuiqꝫ prout cuiqꝫ opus
erat. Cumqꝫ Lazarus diaconus recitaſſet ⁊ epiſcopo codicem
tradidiſſet: Auguſtinꝰ epiſcopus dixit: ⁊ ego legere uolo. plus e. n.
me delectat huius verbi eſſe lectorem q̃ꝫ mei verbi eſſe diſputa-

torem: Cum oraſſent apoſtoli motꝰ eſt locus in quo erant cõgre
gati ꝛ impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto ꝛ loquebantur verbũ dei
cum fiducia omni volenti. Multitudinis autem credentiũ: erat
anima una: ꝛ cor unũ: ꝛ nemo eorum que poſſidebat aliquid ſuũ
eſſe dicebat: ſed erant illis omnia cõmunia: ꝛ uirtute magna red
debant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis domini noſtri: gratia
qꝫ magna erat ſuper omnes illos. neqꝫ enim egens quiſqꝫ fuit in
ter eos. Quotquot enim poſſeſſores prediorum: vel domorum
erant: uendentes afferebant precia ante pedes apoſtolorum. Di
ſtribuebať autem unicuiqꝫ prout cuiqꝫ opus erat. Cumqꝫ epiſco
pus legiſſet: dixit: Audiſtis quid uelimus: orate ut poſſimꝰ. Cõ
tigit autem quedam neceſſitas ut hoc diligentius agerem: quo-
niã ſicut iam noſtis: preſbyter in noſtra ſocietate conſtitutus qua
li ſocietati perhibet teſtimonium lectio: quam modo cum recita-
remus audiſtis: moriens teſtamentum fecit: quia habuit unde fa
ceret: ꝛ erat quod diceret ſuũ: cum in ea ſocietate uiueret ubi ne
mini licebat dicere aliquid ſuum: ſed eſſe illis omnia communia
Si quis dilector ꝛ laudator noſter apud detractorem noſtrũ pre
dicaret iſtam ſocietatem: ꝛ diceret cum epiſcopo Auguſtino ſic
uiuunt omnes cohabitatores eius: quomodo ſcriptum eſt in acti
bus apoſtolorum. Continuo ille detractor caput mouens: dentẽ
promouens diceret ita vere ſic ibi viuitur quomodo dicis: qua-
re mentiris: quare falſa laude honoras indignos. nonne ibi mo
do in eorum ſocietate poſitus preſbyter teſtamentum fecit ꝛ qđ
habuit quomodo voluit diſpoſuit ꝛ reliquit: certe ibi omnia ſunt
cõmunia. certe ibi nemo dicit aliquid ſuum: ſub his verbis quid
ageret laudator meus. nonne os eius quaſi plumbo opilaret ille
detractor: nonne illum laudaſſe peniteret: nonne reuerentia pro
fuſus ꝛ illius ſermone confuſus uel nobis uel teſtatori illi maledi
ceret: Hec fuit neceſſitas ut ad iſtam diligentiam ueniremus.
Nuncio ergo uobis unde gaudeatis omnes: fratres ꝛ concleri-
cos meos qui mecum habitant: preſbyteros: diaconos: ꝛ ſubdia
conos: ꝛ Patricium nepotem meum tales inueni quales deſi-

derani. ſed qui de ſua quacunqꝫ paupertate quod ſtatuerant
nondum fecerunt hi duo ſunt Valens ſubdiaconus ⁊ paulo an-
tedictus nepos meus ſubdiaconus: ſed matris vita impediebat:
quia inde viuebat. Expectabatur in illo etiam legittime etatis ac
ceſſus ut quod faceret firmiſſime faceret: nondum autem fecit:
quia ipſos agellos habet cum ſuo fratre communes ⁊ ſubindiui-
ſos poſſident. ſic autem eos cupit eccleſie conferre ut inde alant
ſui qui ſunt in propoſito ſanctitatis quouſqꝫ in hac vita degunt:
ſcriptum eſt enim ⁊ hoc Apoſtolus loquitur: Quiſquis autem
ſuis ⁊ maxime domeſticis non prouidet fidem, denegat ⁊ eſt infi
deli deterior. adhuc autem ⁊ mancipia ſunt ei ſimiliter cum fra-
tre communia. nondum diuiſa diſponit: ea manumittere non po
teſt anteq̄ꝫ diuidantur que enim ad ipſum pertinēt adhuc igno-
rat ad ipſum ſane quia maior eſt pertinet diuiſio: ⁊ ad fratreꝫ eiꝰ
electio. ipſe frater eius deo ſeruit ſubdiaconus eſt cum ſancto fra
tre meo ⁊ coepiſcopo Seuero in eccleſia mileuitana: hoc agitur
hoc ſine dilatione peragendum eſt ut illi ſeruili diuidantur: ma-
numittantur ⁊ ſic det eccleſie: ut eorum excipiet alimentum. Ne
pos autem meus ex quo conuerſus eſt ⁊ mecum eſſe cepit impe
diebatur ⁊ ipſe aliquid de agellulis ſuis agere vita uſufructuaria
matris ſue hoc anno defuncta eſt: inter ipſum autem ⁊ ſorores
eius ſunt quedam cauſe in Chriſti adiutorio cito finiende: ut et
ipſe faciat quod dei ſeruum decet. quod iſta profeſſio viſta exi
git lectio. Diaconus Fauſtinus ſicut omnes pene noſtis: hic de
milicia ſeculi ad monaſterium conuerſus eſt hic baptizatus inde
diaconus ordinatus: ſed quia exiguum eſt quod uidetur poſſide
re: ſicut iuris periti loquuntur corde non iure reliquerat illud et
ab eius fratribus tenebatur. nunq̄ꝫ inde cogitauit ex quo conuer
ſus eſt nec ipſe aliquid queſiuit a fratribus ſuis: nec ab illis ali-
quid eſt queſitum. Modo quia uentum eſt ad hunc articulum
tempus: cum conſilio meo diuiſit ipſam rem: ⁊ dimidiam dona-
uit fratribus ſuis ⁊ dimidiam eccleſie pauperi loco in eodem

conſtitute. Diaconus Severus ſub qua dei diſciplina ⁊ flagello ſit noſtis: lumen tamen non perdidit mentis. unam domum hic emerat propter ſororem ⁊ matrem ſuam quas de ſua patria huc deſiderabat adducere: emerat autem non ſua pecunia quam nõ habebat: ſed ex collatione religioſorum virorum: quos mihi querenti etiam nominans indicauit. de ipſo non poſſumus dicere quid fecerit aut quid diſponat niſi quia totum ⁊ ipſe in mea poſuit uoluntate: ut quicquid ipſe uellem: hoc inde fieret: ſed habet quaſdam cauſas cum matre ſua: quarum cauſarum me iudicem poſcit. ut cum ille cauſe fuerint terminate fiat de ipſa domo quod ego uoluero. Quid autem uelle potero (deo regente) niſi quod iuſticia iubet ⁊ pietas poſtulat: habet etiam in patria ſua aliquos agellos diſponit eos ſic diſtribuere: ut etiam illic in ipſo loco poſite pauperi largiatur eccleſie. Diaconus ipponenſis: homo pauper eſt: quid alicui conferat non habet: tamen de laboribus ſuis anteq̃ eſſet clericus emerat aliquos ſeruulos hodie illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt epiſcopalibus geſtis. Diaconus Heraclius ante oculos veſtros uerſatur: opera eius lucent: coram oculis veſtris: de opere eius expenſa pecunia: memoriam ſancti martyris habemus. de pecunia ſua emit etiam poſſeſſionem ex conſilio meo. nam ipſam pecuniam volebat per manus meas errogari ſicut mihi placeret. Ego ſi pecunie auidus eſſem aut neceſſitates ipſas meas quas pro pauperibus habeo in hac cauſa plus curarem pecuniam acciperem. Quare dicit aliquis poſſeſſio illa que ab illo empta eſt ⁊ eccleſie donata adhuc nihil preſtat eccleſie? Minus enim habebat ad precium: ⁊ quia mutuatus fuerat hoc de eius adhuc fructibus redditur. Homo ſum ſenex quantus mihi de illa poſſeſſione fructus poteſt accedere. Nunquid promitto mihi tot annos eſſe victurum donec preciũ

ſuum illa perſoluat. Quod ergo vix diu partibus reddet de p:o-
ximo haberem totum: ſi accipere uoluiſſem: non feci: aliud atten-
di. Fateo: enim uobis ⁊ ipſi ſuſpecta mihi adhuc eius etas fuit:
⁊ uerebar ne fo:te ut ſunt homines: matri eius hoc diſpliceret:
⁊ diceret inductum a me fuiſſe adoleſcentem ut bona eius pa-
terna conſumerem: ⁊ eum egentem relinquerem. ideo uolui eiꝰ
pecuniam in illa poſſeſſione ſeruari: ut ſi aliquid(quod deus a-
uertat: aliter quam uolumus eueniſſet: redderetur illa: ne culpa-
retur epī fama. Scio enim quantū ſit uobis neceſſaria fama mea
nam mihi ſufficit conſcia mea. Emit etiam ſpacium ab iſta poſte-
ra eccleſia: notum uobis: ⁊ ſua pecunia edificauit domum: ⁊ hoc
noſtis: ante paucos dies p:iuſq̄ʒ ſermonem de hac re haberem
uobiſcum: eam donauit eccleſie. expectabam enim ut eam perfi-
ceret ⁊ perfectam donaret. Fab:icandi autem domum: illi nulla
neceſſitas fuit: niſi quia cogitauit matrem ſuam huc eſſe uentu-
ram. Si ante ueniſſet in re filii ſui habitaſſet: modo ſi uenerit in
opere filii ſui habitabit. Teſtimonium ei perhibeo pauper re-
manſit: ſed in charitatis poſſeſſione permanſit. Aliqui ſeruuli ei
reliqui fuerant: iam quidem in monaſterio uiuentes: quos tamē
geſtis eccleſiaſticis manumiſſurus eſt hodie. Nemo ergo dicat
diues eſt: nemo exiſtimet. nemo male loquatur: nemo ſeipſum et
animā ſuam ſuis dentibus laniet: pecuniam nullam habet ſerua-
tam: utinam quam debet reſtituat. Ceteri id eſt ſubdiaconi pau-
peres ſunt: deo p:opitio miſerico:diam dei expectant: unde
ipſi faciant non habent: nullas enim habentes facultates. fi-
nierunt enim mundi cupiditates: viuunt enim nobiſcum in
ſocietate communi. Nemo eos diſtinguit ab eis qui aliquid in
ſocietatem attulerunt: charitatis vnitas p:eponenda eſt: terrene
commodo hereditatis: reſtant p:eſbyteri. ſic enim gradatim ad

eos aſcendere volui: cito dixerim: Pauperes dei ſunt: nihil ad
domum ſocietatis noſtre attulerunt niſi ipſam qua nihil eſt cha-
rius charitatem. Uerũtamen quoniam ſcio natos eſſe rumores
de diuitiis ipſorum: non a me ad aliquid compellendi: ſed nobiſ-
cum meo ſermone purgandi ſunt: vobis dico qui forte neſcitis:
Nam veſtrum plurimi ſciunt presbyterum Leporium quamuis
ſeculi natalibus clarum: ⁊ apud ſuos honeſtiſſimo loco natũ nũc
iam deo ſeruientem: cunctis q̃ habebat relictis inopem ſuſcepi:
Non quia nihil habuit ſed quia iam fecerat quod lectio iſta per
ſuadet: hic non fecit. Sed nos ſcimus quod et ubi fecit unitas
Chriſti eſt: eccleſia vna eſt. vbicunq; fecit opus bonum pertinet
etiam ad nos: ſi congaudeamus: Hortus eſt vnus ubi noſtis ibi
monaſterium ſuis conſtituit: quia ⁊ ipſi deo ſeruiunt: ille hortus
ad eccleſiam non pertinet nec ad ipſum: ⁊ ad quem dixerat ali-
quis: ad illud q̃ ibi eſt monaſterium. ſed quod verum eſt uſq;
ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat ut ſumpticulos quib⁹
ſuſtentabantur apud ſe haberet: ⁊ eis ipſe prout uidebatur impẽ
deret. ſed ne propter hoc daretur locus hominibus ſuſpectiones
ſuas rodentibus ⁊ uentrem non implentibus: hoc placuit ⁊ mihi
⁊ ipſi: ut ſic ſe illi tranſigant: quaſi iſte iam de ſeculo exierit. Nun
quid enim cum obiicerit ipſe illis diſpenſaturus eſt aliquid?
Melius eſt ut uideat illos bene conuerſantes regente deo in di
ſciplina Chriſti: ſic viuentes ut de illis tantummodo gaudeat: nõ
eorum neceſſitatibus occupetur. Pecuniam non habet quam
ſuam dicere poſſit. habebat xenodochium edificandum: quod
modo videtis edificatum. ego illi iniunxi: ego iuſſi: obtemperauit li-
bentiſſime: ⁊ ſicut uidetis operatus eſt. Quomodo meo iuſſu eti
am baſilicam ad octo martyres fabricauit de his que per vos:
Nobis deus donat. cepit enĩ de pecunia que data erat eccleſie
propter xenodochium: ⁊ cũ cepiſſet edificare ut ſunt religioſi de
ſiderantes opa ſua in celo ſcribi adiuuerunt: prout quiſq; voluit
⁊ fabricauit: opus ante oculos habem⁹. omnis homo quid faciũ

ſit videt. de pecunia: quare non habet mihi credat: dentem com
peſcat ne frangat. emerat de ipſa pecunia xenodochii quandam
domum in carraria: quam ſibi exiſtimabat propter lapides profu
turam: ſed lapides eius domus: fabrice neceſſarii non fuerunt:
quoniam aliunde prouiſi ſunt. Domus ergo ipſa ſic remanſit:
penſionem preſtat: ſed eccleſie non preſbytero. Nemo amplius
dicat in domum preſbyteri: ad domum preſbyteri: ante domum
preſbyteri. Ecce ubi eſt domus preſbyteri: ubi eſt domus mea:
ibi eſt domus preſbyteri: alibi non habet domum: ſed ubicunq;
habet deum. Quid amplius queritis? niſi quia me illud memini
etiam promiſiſſe ut ad uos perferrem: quid egiſſem inter duos:
fratrem videlicet ⁊ ſororem filios Januarii preſbyteri: quia inter
illos orta fuerat controuerſia pecuniaria: ſed tamen ſicut inter fra
tres. ſalua deo propitio charitate: promiſſeram ergo audire inter
illos: ⁊ quicquid eſſet iudicando finirem: paraueram me iudicem
ſed anteq̃ iudicarem ipſi unde iudicaturus fueram finierunt: nō
inueni unde iudicarem: ſed unde letarer acquieuerunt omnino
concorditer uoluntati mee ⁊ conſilio meo ut pares eſſent in pe-
cunia quam reliquit pater eorum: eccleſia renunciante. Poſt ſer
monem meum locuturi ſunt homines: ſed ⁊ quodlibet homines
loquantur qualicunq; aura flante ſi perducetur inde aliquid ad
aures meas: ⁊ ſi fuerit tale ut ſit nos iterum neceſſe purgare. re-
ſpondebo maledicis: reſpondebo detractoribus: reſpondebo in-
credulis: non nobis credentibus: prepoſitis ſuis: reſpondebo ut
potero quod dominus dederit: interim modo non eſt neceſſe:
quia nihil forte dicturi ſunt: qui nos amant libere gaudeant. qui
nos oderunt: tacite dolebunt tamen ſi linguas exacuerint uel ex
ercuerint audient deo propitio: uobiſcum reſponſionem meam:
non litem meam. non enim homines nominaturus ſum. ⁊ dictu-
rus ille hoc dixit: ille ſic detraxit: cum fortaſſe etiam ad me falſa
(quia ⁊ hoc poteſt fieri) perferant. ve℞tm̄ quecunq; ꝓlata fue-
rint. ſi oportere videbit: loquar inde charitati veſtre. Añ oculos
veſtros uolo ſit vita noſtra. Scio q2 q̄rentes licentiā malefaciēdi

querunt ſibi exempla male uiuentium: ⁊ multos infamant ut ſo-
cios inueniſſe videantur. ideo quod noſtrum eſt plus quid facia
mus non habemus. Ante oculos veſtros ſumus: nullius aliquid
deſideramus: niſi bona opera veſtra. Et vos exhortor fratres
mei: ſi aliquid uultis clericis dare ſciatis quia non debetis uitia
eorum circa me nutrire. Omnibus offerte quod uultis: offerte
de uoluntate noſtra: quod commune erit diſtribuetur unicuiqȝ ſi
cut cuiqȝ opus erit. Gazophilatium attendite ⁊ omnes habebi-
mus: ualde me delectat: ſi ipſum fuerit preſepe noſtrum: ut nos ſi
mus iumenta dei: uos ager dei. Nemo det byrrum ſiue lineam
tunicam ſeu aliquid niſi in commune. de communi accepi etiam
mihi ipſi cum ſciam commune me uelle habere quicquid habeo
Nolo talia offerat ſanctitas veſtra quibus ego ſolus quaſi decen
tius utar. Offeratur mihi uerbi gratia. Byrrum precioſum: for
te decet epiſcopum: quamuis non deceat Auguſtinum: id eſt ho-
minem pauperem de pauperibus natuȝ. Modo dicturi ſunt ho
mines: quia inueni precioſas ueſtes quas non potuiſſem habere
vel in domo patris mei: vel in illa ſeculari profeſſione mea: non
decet: Talem ueſtem debeo habere: qualem poſſim ſi non habu
erit fratri meo dare: qualem poteſt habere presbyter: qualem po
teſt habere decenter diaconus ⁊ ſubdiaconus. Talem uolo acci
pere quia in communi accipio. ſiquis meliorem dederit: uendo:
quod ⁊ facere ſoleo: ut quando non poteſt veſtis eſſe communis
precium ueſtis poſſit eſſe cõmune: uendo ⁊ errogo pauperibus.
Si hoc eum delectat ut ego habeam: talem det de qua non eru-
beſcam. Fateor enim uobis de precioſa ueſte erubeſco: quia nõ
decet hanc profeſſionem: non decet hanc admonitionem. non de
cet hec membra: non decet hos canos: etiam illud dico: ſi forte in
noſtra domo in noſtra ſocietate eger eſt aliquis: uel poſt egritu-
dinem: ut neceſſe ſit eum ante horam prandii reficere: non
prohibeo religioſos uel religioſas mittere ei quod eis uidetur
ut mittant. Prandium autem ⁊ cenam extra nemo habebit.
Ecce dico: Audiſtis: Audiunt. Qui habere voluerit aliquid

propoſitu3 τ de proprio viuere τ contra iſta precepta noſtra agere
parum eſt:ut dicam.non mecum manebit:ſed clericus non erit.
Dixeram enim τ ſcio me dixiſſe ut ſi nolet ſuſcipere ſocialem vi
tam mecum non illis tollerem clericatum:ſed ſeorſum maneret:
ſeorſum uiueret:quomodo noſcet deo uiueret.τ tamen ante ocu
los poſui:quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim ha
bere cecos vel claudos:q̄3 plangere mortuos:qui enim hypocri
ta eſt mortuus eſt. Quomodo ergo quicunq3 uoluiſſet manere
extra τ de ſuo viuere non ei tollerem clericatum:ita modo quia
placuit illis deo propitio:ſocialis hec vita. Quiſquis cum hypo
criſi vixerit:τ inuentus fuerit habens proprium:non illi permit
to ut inde faciat teſtamentum:ſed delebo eum de tabula clerico
rum. Interpellant contra me mille concilia:nauigent contra me
quo voluerint:ſit certe ubi potuerit.adiuuabit me dominus:ut
vbi epiſcopus ego ſum:ille clericus eſſe non poſſit. Audiſtis:au
dierunt. Sed ſpero in deum noſtrum τ miſericordiam eius:quia
ſicut diſpoſitionem meam iſtam hylariter acceperunt.ſic eam pu
re fideliterq3 ſeruabunt. Dixi aliquid ſuum non habere preſby
teros cohabitatores meos inter quos eſt preſbyter Barnabas
ſed de illo audiui quedam fuiſſe iactata. Ante omnia quia emit
villam a dilecto honorabiliq3 filio Heleuſino:hoc falſum eſt:
monaſterio donauit ille:non vendidit.ego ſum teſtis. Quid am
plius queritis ignoro.ego ſum teſtis donauit ille:non uendidit.
ſed dum non creditur donare potuiſſe:creditus eſt uendidiſſe.
Beatus homo qui tam bonū op⁹ fecit:ut non credatur. Tamē
vel modo credite:τ detractores libenter audire deſinite:iam di
xi:ego ſum teſtis. Dictum eſt de illo q̄ anno prepoſiture ſue per
induſtriam debita fecerit:ut dum uolo ego reddi debita. Darē
illi poſcenti fundum victorianenſem tanq̄3 dixiſſet mihi ut red
dam debita mea. Da mihi in decem annos fundum victorianen
ſem.τ hoc falſum eſt:ſed fuit vnde rumor naſceretur.fecit debita
reddenda:a nobis reddita ſunt partim:unde potuerūt. Remāſit
aliquid.qđ nō debebat etiā monaſterio illi:qđ ꝑ ipſū de⁹ inſtituit

Cum ergo remanſiſſet: cepimus querere unde debitum redde-
remꝰ. Ad conductionem illius fundi nullus acceſſit: niſi quadra
ginta ſolidorum offerens penſionem. Sed vidimus fundum am
plius poſſe dare ut celerius debitum redderetur: ⁊ cōmiſſe fidei
eius ut de ipſa conductione: lucra non requirerent fratres. Sed
quicquid daret fundus de ipſis fructibus imputarent ad debitū.
Fide agitur: paratus eſt preſbyter: ut alium conſtituam: qui de
fructibus fratribus debitum reddat. Ex numero veſtro ſit ali-
quis cui hoc committam: ex numero ipſorum qui ad nos talia
protulerunt. Sunt enim in vobis homines religioſi: qui eum ru
more falſo reprehenſum eſſe doluerunt: ⁊ tamen crediderunt fa-
ctum. Ex ipſis ergo aliquis veniat ad nos: Suſcipiat poſſeſſio-
nem omnes fructus precijs ſuis fideliter uendat: ut reddi poſſit
faciliuſ quod debetur: ⁊ hodie recedit inde cura preſbyteri. Lo
cus etiam ipſe ubi monaſterium conſtitutum eſt a memorato fi-
lio meo honorabili Heleuſino ipſi preſbytero Barnabe dona
tus eſt: anteq̄ ordinaretur preſbyter: in ipſo loco monaſterium
inſtituit. Sed tamen quia nomine ipſius donatus erat locus ipſe
mutauit inſtrumenta ut nomine monaſterii poſſideatur. De fun
do victorianenſi: ego rogo: ego hortor: ego peto: ut ſi quis religi
oſus eſt fide agat: ⁊ exhibeat eccleſie iſtam operam: ut cito debi
tum reddat. Q ſi nemo de laicis fuerit inuentus ego prepono
alium, iam iſte illuc non accedet. Quid vultis amplius? Nemo
laceret dei ſeruos quia non expedit lacerantibus. Seruis quidē
dei merces falſis detractionibus creſcit. ſed creſcit etiam pena
detrahentium. Nam nō ſine cauſa dictū eſt: Gaudete ⁊ exultate
quando detrahunt de uobis dicentes falſa: quia merces ueſtra
magna eſt in celis. Nolumꝰ cum detrimento veſtro magnā ha-
bere mercedem: mitius ibi habeamus: ⁊ tamen vobiſcum regne
mus: Amen.

## Sermo ſancti Auguſtini Yponenſis epiſcopi de moribus ⁊ vita clericorum.

PRopter quod volui ⁊ rogaui heſterno die ut hodie frequentius conueniretis: hoc eſt quod dicturus ſum: vobiſcum hic viuimus: ⁊ ꝓpterea nos viuimus: ⁊ intentio uotumqȝ noſtrum eſt ut apud Chriſtum vobiſcum ſine fine viuamus. Credo autem ante oculos veſtros eſſe conuerſationem noſtram: ut ⁊ nos dicere fortaſſis audeamus (quãuis multuȝ illi impares) quod dixit Apoſtolus: Imitatores mei eſtote: ſicut ⁊ ego Chriſti: ⁊ ideo: nolo ut aliquis de vobis inueniat male viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona (ut ait idem Apoſtolus) nõ ſolum corã deo ſed etiam coram hominibus: propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter nos famã noſtrã non pollui: ſed pollere debȝ in vobis. Tenete quod dixi atqȝ diſtinguite: due res ſunt: conſcientia ⁊ fama: conſcientia tibi: fama proximo tuo neceſſaria eſt. Qui fidens conſcientie ſue: negligit famaȝ ſuam crudelis eſt: maxime in hoc loco poſitus: de quo dicit Apoſtolus ſcribens ad diſcipulum ſuum: Circa omnes teipſum bonoruȝ operum prebebeas exemplum: ut ergo non uos diu teneam: preſertim qꝛ ego ſedens loquor uos ſtando laboratis. Noſtis autem omnes aut pene omnes. ſic nos viuere in ea domo que dicitur epiſcopi: ut quantum poſſumus imitemur eos ſanctos de quibus loquitur liber actuum apoſtolorum. Nemo dicebat aliquid proprium: ſed erant illis omnia cõmunia: quia forte aliqui veſtrum: non tam diligentes vite noſtre ſcrutatores ſunt. ut hoc ſic nouerint: quo modo uolo uos noſſe. Dico quid ſit quod breuiter dixi. Ego queȝ deo propitio videtis epiſcopum ueſtrum: iuuenis veni ad iſtam ciuitatem multi veſtrum nouerunt: querebam ibi conſtituere monaſterium ut viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem ſeculi reliqueram: ⁊ illud quod eſſe potui nolui.

Non queſiui tamen quod ſum. Elegi in domo dei abiectus eſſe magis q̄ʒ habitare in tabernaculis peccatoꝝ: ab eis qui ſeculū diligunt ſecreui me. Sed eis qui preſunt populis non me coequaui nec in conuiuio dei mei ſuperiorem locum elegi: ſed inferioreʒ ⁊ abiectum: ⁊ placuit illi dicere mihi: aſcende ſurſum uſqʒ adeo autem timebam epiſcopatum: vt quoniam ceperat eſſe iam alicuius momenti inter dei ſeruos fama mea: in quo loco ſciebam nō eſſe epiſcopum non illo accederem. Cauebam hoc ⁊ agebam quātū poteram ut in loco humili ſaluarer: ne in alto periclitarer. Sʒ ut dixi domino: ſeruus contradicere non debet. Ueni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum quem putabam me lucrari poſſe deo: vt nobiſcum eſſet in monaſterio quaſi ſecurus quia ciuitas habebat epiſcopum. Apprehenſus preſ biter factus ſum ⁊ per hunc gradūʒ ad epiſcopatum perueni: Non attuli aliquid nō veni ad hanc eccleſiam niſi cum his indumentis quibus illo tempore veſtiebar: ⁊ quia diſponebam eſſe cum fratribus in monaſterio: cognito inſtituto ⁊ voluntate mea: Beate memorie ſenex valerius dedit mihi hortū illum in quo nunc eſt monaſteriū. Cepi boni propoſiti fratres colligere compares meos nihil habētes ſicut nihil habebam: ⁊ imitātes me: ut quomodo ego tenuē pauperaculam meā ego vendidi ⁊ pauperibus errogaui: ſic facerēt illi qui mecum eſſe uoluiſſent: ut de communi viueremus. Commune autem nobis eſt magnum ⁊ vberrimum predium ipſe deꝰ. Perueni ad epiſcopatum vidi neceſſe habere epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam: quibuſqʒ venientibus ſiue tranſeuntibus. Quod ſi non feciſſet epiſcopus inhumanus diceretur: Si autem iſta conſuetudo in monaſterio miſſa eſſet. indecēs eēt: volui in domo epiſcopi mecum monaſterium clericorum. Ecce quomodo viuimus. Nulli licet in ſocietate noſtra poſito aliquid proprium habere: ſed forte aliqui habent. nulli licet. Sed ſi q habent: faciunt quod non debent. Bene autem ſentio de fratribus meis: ⁊ ſemꝑ bene credēs ab hac inquiſitione diſſimulaui. Quia ⁊ iſta querere quaſi male ſentire mihi videbatur. Noueram eniʒ ⁊ noui: omnes qui mecum viuerent noſſe propoſitum noſtrum

noſſe legem vite noſtre: venit ad nos preſbyter Januarius qđ
videbatur habere honeſte erogando quaſi ↄſumpſit: ⁊ non con/
ſumpſit. remanſit illi quedam pecunia. i. argentum quod diceret
eſſe filie ſue. Filia ipſius deo ꝓpitio in monaſterio feminaꝝ: et
bone ſpei eſt. gubernet illam dñs: ut impleat quod de illa ſpera/
mus: in illius miſericordia: non in illius meritis: ⁊ qꝛ infra annos
erat: ⁊ de ſua pecunia nihil facere poterat. quãuis. n. videremus
fulgorem profeſſionis: tamē lubricū timebamus etatis. Factū eſt
ut ipſum argentum quaſi puelle ſeruaretur: ut cū ad legitimos an
nos ueniret: faceret inde qđ virginem Chriſti deceret: quãdo iã
optime facere poſſet. Dum hec expectantur cepit ille morti appro
pinquare: qui diu tanq̃ de ſuo iurans qꝛ ipſius erat non filie: te/
ſtamentum fecit: teſtamentū inquã fecit preſbyter ſocius noſter:
nobiſcū manens: de eccleſia viuens: cōem vitam profitens. teſta/
mentum fecit: heredes inſtituit: O dolor iſtius ſocietatis: O fru/
ctus natus nō de arbore quã plantauit dñs: ſed ⁊ eccleſiã ſcripſit
heredē. nolo munera iſta: nō amo amaritudinis fructū: ego illum
deo querebam: ſocietatem ꝓfeſſus erat: hanc teneret: hanc exhi
beret: nihil habebat: teſtamentū nō faceret: habebat aliquid: non
ſe ſocium noſtrum ſimularet: quaſi dei pauperem. magnus mihi
inde dolor eſt fratres. Dico charitati veſtre: ꝓpter hunc dolorē
ſtatui hereditatē ipſam in eccleſiã non ſuſcipere. Filioꝝ ipſius ſit
quod reliquit: ipſi inde faciant qđ uoluerint. Videtur enim mihi
qꝛ ſi eam ſuſcepero in iſto facto quod mihi diſplicet: ⁊ qđ doleo:
eius pticeps ero. hoc uolui nō latere charitatē veſtram. filia ipſi⁹
in monaſterio feminaꝝ eſt. filius ipſius in monaſterio viroꝝ eſt
ambos exheredauit: illam cū laude: iſtum cū elogio. i. cū vitupe/
ratione. Cōmendaui autem eccleſie: ut nō accipiat ipſas portiun
culas que pertinent ad exheredatos: niſi cū ad legitimã etatem
peruenerint: hoc eis reſeruat eccleſia. Deinde litē dimiſit inter
filios ſuos in qua laboro. puella dicit meū eſt: noſtis qꝛ hoc dice/
bat ſemper pater me⁹. puer dicit credatur patri meo: quia moriens
mentiri nō potuit: ⁊ iſta cōtentio quale malum eſt: ſed ſi pueri ipſi

ſerui dei ſunt lite͂ hac int̄ illos cito finimꝰ:audio illos ut pr̄: ⁊ for
te meliꝰ q̄ȝ pr̄ eoꝝ:uideo quid ſit in re:ſicut dn̄s uoluerit cū pau
cis fratribꝰ:fidelibꝰ honoratis:deo ꝓpitio:de nūero veſtro.i. de
plebe iſta.audio int̄ illos cām ⁊ ſicut dn̄s donauerit finio. tn̄ ro
go uos:nemo me rep̄hendat:q: eius hereditatē nolo ſuſcipiat ec
cleſia.primū q: factū eius deteſtor.deinde q: inſtitutū meū ē:mul
ti laudabūt qd̄ dicturꝰ ſum:ſed aliqui etiā rep̄hendent:utriſqȝ fa
cere ſatis.valde difficile eſt.Audiſtis mō cū euangeliū legeretur
cantauimꝰ uobis et nō ſaltaſtis:planximꝰ uobis ⁊ nō luxiſtis. ve
nit Joannes baptiſta nō māducās neqȝ bibens:⁊ dicunt demo
nium hȝ.venit filiꝰ hoīs māducās ⁊ bibēs:⁊ dicūt ecce hō vorax
potator vini amicꝰ publicanoꝝ.Quid ergo facio inter illos qui
parāt me rep̄hendere:⁊ dentes in me ducere:ſi ſuſcepo heredi
tates eoꝝ:qui filios ſuos irate exheredant: Jteꝝ qd ſum factu
rus eis quibꝰ canto ⁊ nolūt ſaltare: Qui dicūt ecce q̄re nēo dat
eccleſie hyponēſi aliqd: Ecce q̄re nō eā faciūt qui moriunt̄ he
redē:q: eps Augꝰ de bonitate ſua: laudādo.n.mordent: labiis
mulcēt ⁊ dentē figūt:donat totū nō ſuſcipit.plane ſuſcipio: ꝓfite
or me ſuſcipe oblationes bonas:oblatiōes ſcās. Siqs aūt iraſcit̄
filio ſuo:⁊ moriēs exheredat eū:ſi viueret nō eū placarē: nū ei fi
liū recōciliare deberē.quō ergo cū filio ſuo uolo ut hēat pacē: ⁊
appeto hereditatē:ſed plane ſic faciat:qd̄ ſepe hortatꝰ ſū:vnū fi
liū hȝ putet xp̄m alteꝝ:duos filios hȝ:putet chriſtū tertiū:decē hȝ
vndecimū faciat xp̄m ⁊ ſuſcipio. Quia ergo feci hoc in qbuſdaȝ
rebꝰ:iā nolūt bonitatē meā:vel cōmendationē fame mee in aliud
v̄tere:ut alio mō me rep̄hēdāt:q: oblatōes deuotoꝝ hoīuȝ nolo
ſuſcipe:ꝯſiderēt q̄ȝ multas ſuſceperi. Quid opꝰ eſt eas nūerare:
Ecce vnā dico filii Juliani hereditatē ſuſcepi:q: ſine filiis defū
ctus eſt.Bonifacii.i.Facii hereditatē ſuſcipe nolui nō miſericor
dia ſȝ timore.Nauiculariā nolui eē eccleſiā xp̄i.multi ſunt qdē q
etiā de nauibꝰ acqrūt: tn̄ una tētatio eēt:ſi iret nauis ⁊ naufraga
ret hoīes ad tormēta daturi eramꝰ:ut de ſubmerſione nauis ſm
ꝯſuetudinē torq̄rēt ⁊ q̄rerent̄ a iudice q eēnt de fluctibꝰ liberati

Sed nõ eos daremꝰ.nullo.n.pacto hoc facere deberet eccleſia. cõꝰ ergo fiſcale ꝑſolueret.ſed vñ ꝑſolueret? enthecã nobis hẽre nõ licet.nõ eſt epi ſeruare auꝝ:⁊ reuocare a ſe mẽdicãtis manuz quotidie tã multi petunt:tã multi gemũt:tã multi nos inopes in terpellãt:ut plures triſteſ relinqmꝰ:q: qđ dare oibꝰ poſſimꝰ ñ habemꝰ.nõ hẽmꝰ gͦ enthecã: ꝑpt̃ naufragiũ vitãdũ hoc ego feci: nõ donando.nemo ibi me laudet:ſ; nẽo etiã vituꝑet. Plane qñ donaui filio qđ iratꝰ pr̃ moriẽs abſtulit:bñ feci: laudet qui uolũt: parcãt q laudare nolũt. Quid plã frẽs mei? Quicũq; vult exheredato filio facere hẽdẽ eccleſiã: q̃rat alteꝝ q ſuſcipiat nõ Aug.ͫ imo deo ꝓpitio neminẽ inueniat:qđ laudabile factũ ſancti ⁊ venerandi epi Aurelii carthaginẽſis quõ iplenit os oibꝰ qui ſciũt laudibus dei:quidã cũ filios nõ hẽret neq; ſperaret:res ſuas omẽs retẽto uſufructu ſibi:donauit eccleſie.nati ſunt ei filii:⁊ reddidit illi eps nec opinãti q̃ donauerat.in ꝑtãte hẽbat eps nõ reddere:ſ; iure fori:nõ iure celi. Sane etiã hoc nouerit charitas veſtra dixiſſe me fratribꝰ meis:qui mecũ manẽt:ut quicũq; h; aliqd aut uẽdat:ant errogat:aut donet:aut cõe illđ faciat. Eccleſiã h; ꝑ quã nos deꝰ paſcit. Dedi dilationẽ vſq; ad epiphaniã ꝓpter eos vel qui cũ fratribꝰ nõ diuiſerũt:⁊ dimiſerũt qđ hẽbant apud frẽs ſuos vel ⁊ mundũ de re ſua aliquid egerũt:q: expectabat̃ etas legitima.faciant qđ volunt inde:dũ tñ ſint paupes mecũ. ſimul expectemꝰ miſericordiã dei. Si aũt nolũt:qui forte nolũt. Certe ego ſum qui ſtatuerã ſicut noſtis nullũ ordinare clericũ niſi q mecum uellet manere.⁊ ſi uellet diſcedere a ꝓpoſito recte illi tollerẽ clericatũ:q: deſereret ſcẽ ſocietatis ꝓmiſſũ cõceptũq; ꝯſortiũ. ecce i ꝯſpcũ dei ⁊ vr̃o muto ꝯſiliũ.qui uolũt hẽre aliqd ꝓpriũ:qbꝰ nõ ſufficit deꝰ ⁊ eccleſia eiꝰ:maneãt ⁊ ibi uolũt ⁊ ubi pñt: nõ eis auffero clericatũ. Nolo hẽre hypocritas:malũ eſt. Quis neſciat malũ eſſe cadere a ꝓpoſito:ſed peiꝰ eſt ſimulare ꝓpoſitũ.ecce dico:audite? Qui ſocietatẽ cõis vite iã ſuſceptã:q laudat̃ i actibꝰ aploꝝ deſerit a voto ſuo cadit:a ꝓfeſſione ſua cadit:obſeruet iudicẽ: ſ; deũ nõ me.ego ei nõ auffero clericatũ:quãtũ ſit ꝑiculũ añ oculos

eius poſui:faciat qđ vult. Noui.n.q̄ ſi aliquē hoc facientē degra
dare voluero:nō ei deerūt patroni:nō ei deerūt ſuffragatores.et
hic erit apđ epōs q dicēt:qd mali fecit:nō pōt tecū tolerare vitā
iſtā:ex̄ epiſcopatū vult manere:de ꝓprio viuere.idō ne dꝫ ꝑdere
clericatū.Ego ſcio quātū mali ſit ꝓfiteri aliqd ſanctū nec iplere
vouete inqt ꝛ reddite deo vr̄o.ꝛ meliꝰ eſt nō vouere: q̄ꝫ vouere
ꝛ nō reddere. Uirgo eſt ſi nunq̄ꝫ fuit in monaſterio: etiaꝫ virgo
ſacrata eſt:nubere illi nō licet:eē in monaſterio nō ꝯpellit. ſi autē
eē cepit in monaſterio:ꝛ deſeruit:ꝛ tn̄ virgo ſit:dimidia ruit:ſic ꝛ
clericꝰ duas res ꝓfeſſus eſt:ꝛ ſanctitatē ꝛ clericatū: interiꝰ ſancti
tatē.nā clericatū ꝑ epm ſuū deꝰ iposuit ceruicibꝰ ipſius.magis eſt
onꝰ q̄ꝫ honor. Sed qs ſapiēs ꝛ intelliget hec: ergo ꝓfeſſus ē ſan
ctitatē:ꝓfeſſus eſt cōit viuēdi ſocietatē:ꝓfeſſus eſt q̄ꝫ bonū ꝛ q̄ꝫ
iocundū habitare frēs in vnū. Si ab hoc ꝓpoſito ceciderit: ꝛ ex̄
manēs clericꝰ fuerit:dimidiꝰ ꝛ ipſe cecidit. Quid ad me: nō eum
iudico. Si foris ſeruat ſanctitatē:dimidiꝰ cecidit.ſi intꝰ habuerit ſi
mulationē totꝰ cecidit.nolo hēat neceſſitatem ſimulādi. Scio quō
hoies amāt clericatū.nemini eū tollo nolēti cōit mecū uiuere: hꝫ
deū q mecū viuere vult ſi paratꝰ ē paſci a deo ꝑ eccleſiā ipſiꝰ: nō
hr̄e aliqd ꝓpriū:ſed erogare paupibꝰ. Si noluerit aut i cōe mit
tere maneat mecū.qui hoc nō vult hēat libertatē.ſed videat vtrū
habere poſſit felicitatis eternitatē. Sufficiāt hec nūc interim cha
ritati veſtre:qđ egero cū fratribꝰ meis dicam. Spero.n.bona q̄
oēs mihi libent̄ obediēt.nec inuenturꝰ ſuꝫ aliquos habere aliqd
niſi aliq̄ neceſſitate religionis:nō occaſione cupiditatiſ. Qđ ergo
egero pꝰ epiphaniā charitate veſtre in dn̄i volūtate nunciabo: et
quō litē finiero int̄ duos frēs filios p̄ſbyteri Iannarii nō uobis
tacebo. Multa locutus ſum:date veniā loquaci ſenectuti:ſꝫ timi
de infirmitati. Ego ſicut videtis ꝑ etatē mō ſenui:per infirmita
tem corꝑis olim ſum ſenex. Tamē ſi deo placet:qđ dixi mō ipſe
det vires:nō vos deſero. Orate ꝓ me:ut quantū ineſt aia in hoc
corꝑe:ꝛ qualeſcunq̄ꝫ vires ſuppetunt in verbo dei ſeruiam uobis
Amen.

ANte oia frēs charissimi diligat᷑ deꝰ: deīde ꝓximꝰ: qꝛ iſta p̄cepta ſunt p̄ncipalit᷑ nobis data. Hec igit᷑ ſunt q̄ ut obſuetis p̄cipimꝰ ī monaſterio ꝯſtituti. Primū ꝓpt̄ qd̄ in vnū eſtis cōgregati ut vnanimes habitetis in domo ⁊ ſit vobis aīa vna ⁊ coꝛ vnū ī deo. ⁊ nō dicatis aliquid ꝓpriū: ſʒ ſint vobis oīa cōia. ⁊ diſtribuat᷑ vnicuiqʒ veſtꝝ a pposito vr̄o victꝰ ⁊ tegumētū: nō eq̄lit᷑ cibꝰ: qꝛ nō eq̄l'r ualetis oēs. ſʒ potiꝰ vnicuiqʒ ſicut cuiqʒ opꝰ fuerit. Sic.n. legitis in actibꝰ apl'oꝝ: Quia erāt illis oia coīa ⁊ diſtribuebat᷑ vnicuiqʒ ſicut cuiqʒ opꝰ erat. Qui vō aliqd hēbant ī ſeculo qn̄ ingreſſi ſūt monaſteriū: libent᷑ uelint illud eē cōe. Qui aūt nō hēbant nō ea q̄rant in monaſterio: q̄ nec foris hēre potuerūt. ſed tn̄ eoꝝ infirmitati qd̄ opꝰ eſt tribuatur etiā ſi paupṫas eoꝝ qn̄ foris erant nec ipſa neceſſaria poterat inuenire. nō tn̄ iō putent ſe eē felices: qꝛ inuenerūt victū ⁊ tegumentū: q̄le foris inuenire nō potuerunt. nec erigāt ceruicē: qꝛ aſſociant᷑ eis ad quos foris accedere nō audebant: ſed ſurſū coꝛ hēant: ⁊ terrena uana nō q̄rant. ne incipiant monaſteria diuitibꝰ eſſe utilia nō pauperibꝰ: ſi diuites illic hūiliant᷑: ⁊ paupes illic inflant᷑. Rurſus etiā illi qui aliqd eē videbāt᷑ ī ſc'lo: nō hēant faſtidio frēs ſuos: q ad illā ſctā ſocietatē ex paupertate venerūt. magis aūt ſtudeāt nō de parentū diuitū dignitate: ſed de paupeꝝ fratꝝ ſocietate gloriari: nec extollant᷑ ſi cōi vite aliquid de ſuis facultatibꝰ ꝯtulerunt: nec de ſuis diuitiis magis ſupbiant: qꝛ eas in monaſterio partiunt᷑ q̄ʒ ſi eis ī ſeculo fruerēt᷑. Alia quippe q̄cunqʒ iniqtas in malis opibꝰ exercet᷑ ut fiāt: Supbia vō etiā bonis opibꝰ inſidiat᷑ ut pereāt. Et qd ꝓdeſt diſpergendo dare paupibꝰ: ⁊ pauperē fieri: cū aīa miſera ſupbioꝛ efficitur: diuitias ꝯtēnendo q̄ʒ fuerat poſſidēdo? oēs ergo vnanimit᷑ ⁊ ꝯcordit᷑ viuite: ⁊ honorate ī uobis deū inuicē: cuiꝰ tēpla facti eſtis. Orationibꝰ inſtate horis ⁊ tpibꝰ ꝯſtitutis. In oratorio nemo aliqd agat niſi ad qd̄ factū eſt: vnde ⁊ nomē accepit: ut ſi forte aliqui etiā p̄ter horas ꝯſtitutas ſi eis vacat ⁊ orare voluerit nō eis ſint

impedimento: qui ibi aliqd agendū putauerit. Pſalmis τ hym
nis cū oratis deū hoc uerſeť in corde qđ pferť i ore. τ nolite can
tare niſi qđ legitis eē cantandū: qđ aūt nō ita ſcriptū eſt ut canteť
nō canteť. Carnē veſtrā domate ieiuniis τ abſtinētia eſce τ potꝰ
quantū ualitudo pmittit. qñ aūt aliqſ nō pōt ieiunare nō tñ extra
horā prandii aliqd alimētoꝝ ſumat niſi cū egrotat. Cū acceditis
ad menſā donec inde ſurgatis qđ vobis ſm ꝯſuetudinē legiť ſine
tumultu τ ꝯtentione audite: ne ſole uobis fauces ſumāt cibū: ſed
τ aures eſuriāt dei uerbū. qui infirmi ſunt ex pſtina ꝯſuetudine ſi
aliť tractanť in victu nō dꝫ aliis moleſtū eſſe nec iniuſtū videri eiſ
quos fecit aliqua ꝯſuetudo fortiores. nec illos feliciores putent:
q: ſumunt qđ nō ſumūt ipſi: ſed ſibi potiꝰ gratulenť: q: ualent qđ
nō ualent illi. Et ſi eis qui uenerūt ex moribꝰ delicatioribus ad
monaſteriū aliqd veſtimentoꝝ: alimētoꝝ: operimentoꝝ ue dať
qđ aliis fortioribꝰ (τ iō felicioribꝰ) nō dať: cogitare debēt quibꝰ nō
dať: qꝫtū de ſua ſeculari vita illi ad iſtā deſcēderint: qꝫuiſ uſqꝫ ad
alioꝝ qui ſunt corpe firmiores: frugalitatē puenire nō potuerit
nec debēt uelle oēs qđ paucos uidēt ampliꝰ (nō q: honoranť ſed
q: toleranť) accipe: ne cōtingat deteſtādꝰ pūerſitas: ut in monaſte
rio ubi quantum pñt fiunt diuites laborioſi: fiāt pauperes delica
ti. Sane quēadmodū egrotātes: neceſſe habēt minꝰ accipere ne
grauenť ita τ pꝰ egritudinē ſic tractādi ſunt: ut citius recreentur
etiāſi de humillima ſeculi pauptate uenerint: tanqꝫ hoc illis cōtu
lerit recentior egritudo qđ diuitibꝰ anterior ꝯſuetudo. τ cū uires
priſtinas reparauerint redeāt ad feliciorē ꝯſuetudinē ſuā. q famu
los dei tanto ampliꝰ decet: quāto minus indigēt: ne ibi eos tene
at uoluptas iā vegetatos: quos neceſſitas leuaret infirmos. illos
ſane exiſtimēt ditiores qui in ſuſtinēda parcitate fuerint fortiores.
Melius eſt enim minus egere qꝫ plus habere. Nō ſit notabilis ha
bitus veſter nec affectetis ueſtibꝰ placere ſed moribꝰ. Qñ pcedi
tis ſimul ambulate: cū ueneritis quo itis ſimul ſtate. in inceſſu ſta
tu habitu τ in oibꝰ motibus veſtris nihil fiat qđ cuiuſqꝫ offendat
aſpectum ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Oculi ueſtri τ ſi

iactantur in aliquam feminarum in nullam figantur . neqꝫ enim quando proceditis feminas videre ꝓhibemini:ſed appetere uel ab ipſis appeti uelle criminoſum eſt.nec ſolo tacito affectu:ſed affectu ⁊ aſpectu quoqꝫ appetitur ⁊ appetit concupiſcentia feminarum. Nec dicatis uos habere animos pudicos: ſi habeatis oculos impudicos:q: impudicus oculus impudici cordis eſt nūcius. Et cum ſe inuicē ſibi met etiā tacente lingua ꝯſpectu mutuo corda nūciant impudica. ⁊ ſm ꝯcupiſcentiā carnis alterutro delectant ardore:etiā intactis ab immunda violatione corporibꝰ fugit caſtitas ipſa de moribus.nec putare dꝫ qui in feminā figit oculum ⁊ illius in ſeipſum diligit fixum ab aliis ſe nō uideri cum hoc facit:videt᷑ omnino:⁊ a quibus ſe videri nō arbitrat᷑. ſed ⁊ ſi lateat ⁊ a nemine hominū videat᷑:quid faciet de illo deſuper inſpectore:quem latere nihil pōt.an ideo putandꝰ eſt nō videre q: tanto videt patientius:quanto ſapientius. Illi ergo vir ſanctus timeat diſplicere:ne uelit femine male placere. Illum cogitet omnia videre ne uelit feminam male uidere. Illius nanqꝫ ⁊ in hac cauſa cōmendatus eſt timor:vbi ſcriptum eſt: Abhominatio eſt domino defigens oculum . Quando ergo ſimul eſtis in eccleſia et ubicunqꝫ femine ſunt inuicem veſtram pudiciam cuſtodite. Deꝰ enim qui habitat in uobis etiam iſto modo cuſtodiet uos ex uobis. Et ſi hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo veſtrū aduerteritis ſtatim admonete:ne male cepta progrediantur: ſed de proximo corrigantur. Si autem poſt admonitionem iterum: uel alio quoqꝫ die id ipſum facere eum videritis iam uelud vulneratum ſanandū prodat.quicunqꝫ hoc potuerit inuenire. Prius tamen eſt alteri uel tertio demonſtrandum:ut duorum uel trium poſſit ore cōuinci:⁊ competenti ſeueritate coerceri:nec iudicetis vos eſſe maliuolos quando hoc indicatis.magis quippe innocētes non eſtis.ſi fratres ueſtros quos indicādo corrigere poteſtis tacendo perire ꝑmittis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore quod uelit occultari dum timet ſecari:nonne crudeliter a te ſileretur ⁊ miſericorditer indicaret᷑. Quanto ergo potꝰ debes

manifeſtare ne deterius putreſcat in corde. Sed anteq̃ aliis de-
monſtret per quos conuincendus eſt ſi negauerit: prius prepoſi-
to debet oſtendi: ſi admonitus neglexerit corrigi: ne forte poſſit
ſecretius correctus non innoteſcere ceteris. Si autem negauerit
tunc neganti adhibendi ſunt alii etiam corã omnibus ut poſſit nõ
ſolum ab uno teſte argui ſed a duob⁹ vel a tribus conuinci. Con-
uictus uõ ſm arbitrium prepoſiti vel etiam preſbyteri. ad cuius
diſpenſationem pertinet arbitrium: debet emendatoriam ſubire
vindictam: quam ſibi ferre recuſauerit etiam ſi ipſe non abſceſſe-
rit de veſtra ſocietate proiiciatur. Non enim ⁊ hoc fit crudeliter
ſed miſericorditer: ne contagione peſtifera plurimos perdat. Et
hoc quod dixi de oculo non figendo: etiam in ceteris inuenien-
dis: prohibendis: indicandis: conuincendis: iudicandiſq; pecca-
tis: diligenter ⁊ fideliter obſeruetur: cum dilectione hominum et
odio vitiorum. Quicunq; autem in tantum progreſſus fuerit ma-
lum: ut occulte ab aliquo litteras uel quodlibet munus acceperit
ſi hoc ultro confitetur parcatur illi ⁊ oretur pro eo. Si autem de-
prehenditur atq; conuincitur ſm arbitrium preſ byteri vel pre-
poſiti grauius emendetur. Veſtes veſtras in vnũ habeatis: ſub
vno cuſtode vel duobus uel quot ſufficere poſſint ad eas excuti-
endas ne a tinea ledantur. Et ſicut paſcimini ex vno celario ſic
induamini ex vno ueſtiario. Et ſi fieri poteſt ad uos non perti-
neat quod uobis indumentum pro temporum congruentia pro-
feratur. vtrũ hoc recipiat vnuſquiſq; quod depoſuerat: an aliud
quod alter habuerat. dum tamen vnicuiq; prout cuiq; opus eſt
non negetur. Si autem hinc inter uos contentiones ⁊ murmura
oriuntur: cum conqueritur aliquis ſe deterius accepiſſe q̃ prius
habuerat: ⁊ indignum ſe eſſe ꝙ nõ ita ueſtiatur ſicut alius frater
ueſtitur. hinc uos probate quantum uobis deſit in illo ſancto in-
teriore habitu cordis qui pro habitu corporis litigatis. Tamen
ſi ueſtra toleratur infirmitas: ut hoc recipiatis quod depoſueri-
tis in vnum tamen locum ſub cõmunibus cuſtodibus habete qđ
ponitis. ita ſane ut nullus ſibi aliquid operetur. ſed omnia opera

ueſtra in cōmuni fiant:maiori ſtudio atqȝ frequentiori alacritate
q̄ȝ ſi uobis ſinguli propria feceritis. Charitas enim de qua ſcri-
ptum eſt ꝙ non querit que ſua ſunt:ſic intelligitur: qui commu-
nia propriis non propria cōmunibus anteponit. Et ideo quanto
amplius rem cōmunem q̄ȝ propria ueſtra curaueritis: tanto am-
plius uos proficere noueritis:ut omnibus quibus utitur tranſi-
toria neceſſitas:ſupereminẽat que permanet charitas. Conſe-
quens ergo eſt ut etiam cum quis ſuis filiis aut aliqua neceſſitu-
dine ad ſe pertinentibus in monaſterio conſtitutus aliquam con
tulerit ueſtem ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum
non occulte accipiatur: ſed ſit in poteſtate prepoſiti:ut in rem cō-
munem redactum cui neceſſe fuerit prebeatur. Qꝫ ſi aliquis rē
ſibi collatam celauerit furti iudicio condemnetur. Indumenta
ueſtra ſm arbitrium prepoſiti lauentur:ſiue a uobis ſiue a fullo-
nibus ne interiores anime ſordes ꝯtrahant munde ueſtis nimius
appetitus. Lauacꝝ etiam corpori cum infirmitatis neceſſitas co
git minime denegetur fiat ſine murmure de cōſilio medicine: ita
ut etiam ſi nolit iubente prepoſito faciat quod faciendum eſt pro
ſalute. Si aūt uelit ⁊ forte nō expedit ſue cupiditati nō obediatur
Aliquādo etiā ſi noceat prodeſſe credit̄ qđ delectat. Deniqȝ ſi
latens eſt dolor in corpe famulo dei dicenti:ꝙ ſibi doleat ſine du
bitatione credat̄. Sed tñ vtꝝ ſanando illi dolori qđ delectat ex-
pediat.ſi nō eſt certū medic⁹ ꝯſulat̄.neqȝ eāt ad balnea ſiue quo
cunqȝ ire neceſſe fuerit minus q̄ȝ duo vel tres. Et ille qui habet
aliquo eundi neceſſitatē cū quibus p̄poſitus iuſſerit ire dꝫ. Egro
tantium cura ſiue poſt egritudinē reficiendoꝝ:ſiue aliqua imbe-
cillitate etiā ſine febribus laborantiū:vni alicui dꝫ iniungi:ut ipſe
de celario petat qđ cuiqȝ op⁹ eſſe pſpexerit. Siue aūt qui celario
ſiue q ueſtib⁹ ſiue qui codicib⁹ p̄ponunt̄:ſine murmure ſeruiant
frib⁹ ſuis. Codices certa hora ſingulis dieb⁹ petāt̄:ex̄ horā q pe
tierit nō accipiat. Veſtimēta vo ⁊ calciamēta qn̄ fuerit idigētib⁹
neceſſaria dare nō differant ſub quoꝝ cuſtodia ſunt que poſcūt̄.
Lites autem nullas habeatis aut quā celerrime finiatis: ne ira

creſcat in odium ⁊ trabem ⁊ faciat de feſtuca ⁊ animam faciat
homicidam. ſic.n. legitis qui odit fratrem ſuū homicida eſt. Qui
cūq3 etiā cōuitio uel maledicto uel etiā criminis obiectu aliquem
leſerit meminerit ſatiſfactione quā totius curare qđ fecit. ⁊ ille q
leſus eſt ſine diſceptatione dimittere. Si aūt inuicē ſe leſerint: in
uicem ſibi debita relaxare debebūt ꝓpter orōnes ueſtras. quas
utiq3 quāto crebriores habetis tanto ſanctiores habere debetis
Melior eſt aūt qui quāuis ira ſepe tentet̃ tñ impetrare feſtinat
ut ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriā: q̄3 qui tardi⁹ iraſcit̃
⁊ ad petendā ueniam tardi⁹ inclinat̃. Qui aūt nunq̄3 uult petere
ueniam aut nō ex animo petit: ſine cā eſt in monaſterio: etiam ſi
inde nō ꝓiciat̃. Proinde uobis a uerbis durioꝛib⁹ parcite. que
ſi em̄ iſta fuerint ex ore veſtro nō pigeat ex ipſo ore ꝓferre me-
dicamenta unde facta ſunt uulnera. Quādo aūt neceſſitas diſci-
pline in moribus cohercēdis dicere uos dura uerba compellit ſi
etiā ipſi modū uos exceſſiſſe ſentitis nō a uobis exigitur ut a uo
bis ſubditis ueniā poſtuletis: ne apud eos quos o3 eſſe ſubiectoſ
dū nimiū ſeruat̃ humilitas regendi frangat̃ auctoritas. ſed tamē
petēda eſt uenia ab omniū dño qui nouit eos quos pl⁹ iuſto for
te corripitis: quāta beniuolētia diligatis. non aūt carnalis: ſed ſpi
ritualis inter uos debet eſſe dilectio. Prepoſito tanq̄3 prī obe-
diat̃: multo magis p̄sbytero qui omniū veſtrū curā gerit: ut er-
go cuncta iſta ſeruent̃. ⁊ ſi quid ſeruatū minus fuerit nō negligēt̃
pretereat̃: ſed ut emendandū: corrigendūq3 curet̃ ad prepoſitum
precipue ꝑtinebit ut ad preſbyterꝝ cui⁹ eſt apud uoſ maior aucto
ritas referat: qđ modū uel vires eius excedit. ipſe vō q vobis p̄
eſt nō ſe exiſtimet poteſtate dominātē: ſed potius charitate ſerui
ente felicem. Honore coram uobis prelatus ſit uobis. Ti-
more coram deo ſubſtratus ſit pedibus ueſtris. Circa omnes ſe
ipſum bonorum operum prebeat exemplum. Corripiat inquie-
tos: conſoletur puſillanimes: ſuſcipiat infirmos: patiens ſit ad
omnes. diſciplinā libens habeat metuendus imponat: ⁊ quan-
uis utrūq3 ſit neceſſariū: tñ plus a uobis amari appetat q̄3 timeri

ſemꝑ cogitans deo ſe ꝓ nobis redditurꝫ eſſe rónem: vñ nos magis obediendo nō ſolū veſtri ſed etiā ipſi⁹ miſeremini qui inť nos quāto in loco ſupiori: tāto in piculo maiori verſať. donec deus ut obſeruetis hec oīa tanq̄ȝ ſpiritualis pulchritudinis amatores et bono chriſti odore de bona ꝯuerſatione fragrātes nō ſicut ſerui ſub lege: ſȝ ſicˊ liberi ſub gr̄a ꝯſtituti: ut aūt uos i libello hoc tanq̄ȝ in ſpeculo poſitis inſpicere ne ꝑ obliuionē aliqd negligať ſemel in ſeptimana uobis legať. ⁊ ubi uos inueneritis ea q̄ ſcripta ſunt facientes. Agite gratias dn̄o bonoꝝ omniū largitori. vbi autem quicūqȝ veſtꝝ viderit aliquid ſibi deeſſe doleat de p̄terito caueat de futuro: orans ut ſibi debitū dimittatur: ⁊ in tentationē nō inducatur: Amen. Explicit.

## ¶ Poſſidius calamenſis ep̄s de vita ⁊ moribus ſancti Auguſtini hyponēſis ep̄i quo cū annis fere quadraginta uixit.

### Incipit prologus.

INſpirante reꝝ omniū factore ⁊ gubernatore deo mei memor ꝓpoſiti quo ꝑ gratiā ſaluatoris oīpotētis diuine ꝑ fidē trinitatis ſeruire decreui: ⁊ ātea i uita laicoꝝ ⁊ nūc in officio ep̄oꝝ ſtudēs ex q̄licunqȝ accepto ingenio ⁊ ſermone edificatiōis ꝓdeſſe ſancte ac uere chriſti dn̄i catholice eccleſie de uita ac moribus predeſtinati ⁊ ſuo tp̄e p̄ntati ſacerdotis optimi Auguſtini q̄ in eodē uidi: ab eodēqȝ audiui minime reticere. Id. n. etiā ante nos factitatū fuiſſe a religioſiſſimis ſc̄e matris eccleſie catholice uiris legim⁹ ⁊ cōpim⁹ q diuino afflati ſpū ſermone ꝓprio atqȝ ſtilo: ⁊ aurib⁹ ⁊ oculis ſcire uolentiū: dicēdo ⁊ ſcribēdo ſimilia ſtudioſoꝝ noticie intulerūt: quales quātiqȝ viri ex cōi dn̄i gratia i reb⁹ humanis: ⁊ viuere ⁊ uſqȝ i finē obit⁹ pſeuerare meruerūt. idcirco ipſe quoqȝ diſpenſatoꝝ oīuȝ mim⁹: fide nō ficta: qua dn̄o dn̄antiū oībuſqȝ bonis ſeruiendū ⁊ placendum eſt fidelib⁹: de predicti venerabilis viri ⁊ exortu ⁊ ꝓcurſu: ⁊ debito fine: q̄ per eū didici ⁊ expert⁹ ſum q̄ȝplurimis annis ei⁹ inhe-

rens charitati:ut dn̄s donauerit explicandū ſuſcepi. Uez ſumā q̄ſo maieſtatē q° munus huiuſmōi a me arreptū:ita gerā ꝛ pera gam ut nec patris luminū offendā veritatē:nec honoꝝ eccleſie fi lioꝝ ulla ex ꝑte fraudare videar charitatē. nec attingā ea oīa in ſinuare que idē beatiſſim⁹ Aug⁹ ī ſuis ꝯfeſſionū libꝛis de ſemet ipſo:qualiſ an̄ ꝑceptā gratiā fuerit q̄liſqꝫ iā ſūpta viuere deſigna uit. Hoc.n. facere uoluit ut ait Apl̄s:ne de ſe quiſq̄ꝫ hominum ſupꝛa quē ſe eſſe nouerat:aut de ſe qd̄ auditū fuiſſet:crederet vel putaret humilitatis ſancte moꝛe utens ꝛ iā nullū fallēs:ſed laudē nō ſuā ſed ſui dn̄i de ꝓpꝛia liberatione ac munere q̄rens ex his videlꝫ q̄ iam ꝑceperat:ꝛ fraternas p̄ces poſcēs de his q̄ accipe cupiebat. Sacr̄m igiſ regis qd̄ angelica auctoꝛitate ꝓlatū eſt. bo num eſt abſcōdere. opera aūt dn̄i reuelare ꝛ ꝯfiteri honoꝛificū ē.

IBitur beatiſſimus Auguſtinus ex pꝛouincia aphꝛicana:ciuitate thagaſtenſi:ꝑentib⁹ hone ſtis ꝛ chriſtianis ꝓgenitus erat. alituſqꝫ ac nu tritus eoꝝ cura ac diligētia:impenſiſqꝫ ſecula rib⁹ lr̄is erudit⁹. appꝛ̄me oīb⁹ videlꝫ diſciplinis imbut⁹ quas liberales vocant. nā ꝛ grāmaticā pꝛius in ſua ciuitate:ꝛ rhetoꝛicā in aphꝛice ca pite Carthagine poſtea docuit:ꝯſequēti etiā tp̄e tranſmare in vr be Roma:ꝛ apud Mediolanū ubi tūc imꝑatoꝛis Ualētiniani minoꝛis comitatu fuerat ꝯſtitut⁹:in q̄ urbe tūc ep̄atū adminiſtra bat acceptiſſim⁹ deo:ꝛ in optimis viris pꝛeclariſſimis ſacerdos Ambꝛoſi⁹: h⁹ iterea v̄bi dei p̄dicatoꝛiſ frequētiſſim⁹ ī eccleſia di ſputationib⁹ aſtās:in ppl̄o intēdebat:ſuſpēſus atqꝫ affix⁹. verum aliqn̄ manicheoꝝ apud Carthaginē adoleſcēs fuerat erroꝛe ſe duct⁹:ꝛ iō ceteris ſuſpēſioꝛ aderat ne qd uel ꝓ ipſa:vel ꝯ̄ ipſaꝫ he reſiꝫ diceref. ꝛ ꝑuenit dei liberatoꝛiſ clemētia ſui ſacerdotis Am bꝛoſii coꝛ ꝑtractātis:ut ꝯ̄ illū erroꝛē icidētes legis reſoluerēt qō nes:atq; ita edoctus ſenſim paulatim hereſis illa mirfatione dina eius ex aīo pulſa eſt. pꝛotinuſqꝫ in fide catholica ꝯfirmat⁹ ꝓficiē

do in religione eidē amoꝛis ardoꝛ mihi nat⁹ ē: quo ꝓpinquātib⁹
dieb⁹ ſāctis paſce: ſalutis aquā ꝑcipet. ⁊ factū eſt diuina pñte opi
tulatione: ut ꝑ illū talē ac tantū antiſtitē Ambroſiū ⁊ doctrinā ſa
lutarē ⁊ eccleſie catholice diuā Aug⁹ ꝑciperet ſacra. Moxqȝ
ex intimis coꝛdis medullis ad deū cōuerſus: ſpem oēm quā ha-
bebat in ſeculo dereliqt. iā nō uxoꝛē nō filios carnis: nō diuitias
nō honoꝛes ſeculi q̄rens: ſȝ ſoli deo cū ſuis ſeruire ſtatuit. ⁊ i illo
⁊ ex illo grege eē ſtudēs: quē dñs alloquit̄ dicēs: Nolite timere
puſill⁹ grex: qm̄ ꝯplacuit pr̄i veſtro dare uobis regnū: Uēdite q̄
poſſidetis: ⁊ date elemoſynā: Facite nobis ſaculos nō veteraſcē
tes: theſauros nō deficiētes in celis. Et illud qđ iteꝝ dicit dñs:
idē vir ſanct⁹ facere cupiēs: Si vis eſſe ꝑfect⁹ uēde oīa q̄ habes
⁊ da pauꝑib⁹: ⁊ hēbis theſauꝝ i eccleſiis: ⁊ veni ſeq̄re me. ⁊ ſuꝑ
fidei fundamentū edificare deſiderās nō ligna fenum ⁊ ſtipulam
ſed auꝝ argentū ⁊ lapides p̄cioſos. erat tūc ann⁹ maioꝛ triginta
ſola ſuꝑſtite matre noīe Monicha ſibiqȝ adherēte ⁊ d' ſuſcepto
ei⁹ ꝓpoſito ſeruiēdi deo: ampli⁹ q̄ȝ de carnis nepotib⁹ exultāte.
nā ei⁹ pr̄ Patrici⁹ noīe iā antea defunct⁹ erat: renūciauit etiam
ſcholaſticis quos rethoꝛ docebat ut ſibi magiſtꝝ aliū ꝓuiderent
eo q' ſeruire deo ipſe decreuiſſet: ac placuit ei ꝑcepta baptiſmi
gr̄a cū aliis ciuib⁹ ⁊ amicis ſuis deo pariē ſeruientib⁹ ad aphricā
⁊ ꝓpriā domū agroſqȝ remeare: ad quos veniēs: ⁊ i qb⁹ ꝯſtitut⁹
ferme triēnio ⁊ a ſe iaȝ alienatis ſuis: cū his q eidē adherebant:
deo viuebat ieiuniis ⁊ oꝛonib⁹ boniſqȝ opib⁹ i lege dñi meditās
die ac nocte. Et de his q̄ ſibi deus cogitanti atqȝ oꝛāti intellecta
reuelabat: ⁊ pñtes ⁊ abſētes ſermonib⁹ ac libꝛis docebat. contigit
foꝛte eodē tp̄e ut quidā ex his quos dicunt agētes in reb⁹ apud
hypponē regiū ꝯſtitut⁹ bn̄ xp̄ian⁹ deūqȝ timēs. Compta aūt eius
bona fama atqȝ doctrina deſideraret atqȝ optaret eū videre: pꝛo
mittens ſe poſſe mundi hui⁹ oēs ꝯtēnere cupiditates atqȝ illece-
bꝛas. ſi aliqñ ex eius oꝛe dei verbū audire meruiſſet: q' cū ad ſe
fidei fuiſſet relatione delatū: liberare animā cupiens ab hui⁹ vite
periculis: moꝛteqȝ eterna ad memoꝛatā ultro atqȝ ꝯfeſtiȝ venit ci

nitatē. ⁊ hoīem uiſū allocutꝰ frequentiꝰ atqꝫ exhortatꝰ eſt: quātū
deꝰ donabat: ut qḋ deo uouerat reddiſſet. at ſe ille facturꝫ de die
in diē pollicebat᷑: nec tñ i eiꝰ tūc ipleuit pñtia. ſꝫ vacare utiqꝫ ⁊ ina
ne eē nō potuit: qḋ ꝑ tale uas mundū in honore utile: dño ad oē
opus bonū paratū: in oī loco diuina gerebat ꝓuidētia. eodē itaqꝫ
tp̄e in eccleſia hyponenſi catholica Ualeriꝰ ſanctꝰ ep̄atuꝫ gere
bat. qui cū flagitāte eccleſiaſtica neceſſitate de ꝓuidēdo ⁊ ordinā
do presbytero ciuitati: ⁊ plebē dei alloqueret᷑ ⁊ exhortaret᷑: iam
ſciētes catholici ſancti Auguſtini ꝓpoſitū ⁊ doctrinā: manu inie
cta: qm̄ ⁊ is in pp̄lo ſecurꝰ ⁊ ignarꝰ quid futurꝫ eēt: aſtabat. Sole
bat aūt laicꝰ: ut nobis dicebat ab eis tm̄ eccleſiis q̄ nō haberent
ep̄os ſuā abſtinere pñtiaꝫ: eū ergo tenuerūt. ⁊ ut in talibꝰ ꝯſuetu
do eſt: ep̄o ordinandū intulerūt. oībꝰ id vno ꝯſenſu: ⁊ deſiderio fi
eri ꝑficiqꝫ petentibꝰ: magnoqꝫ ſtudio ⁊ clamore flagitātibꝰ uber
tim eo flente: nōnullis quidē lachrimas eiꝰ ut nobis ipſe retulit:
tunc ſupbe interp̄tantibꝰ: ⁊ tāqꝫ eū ꝯſolātibꝰ ac dicentibꝰ: qꝛ locꝰ
presbyteri lꝫ ipſe maiori dignꝰ eēt: appropinquaret tñ ep̄atui: cuꝫ
ille hō dei ut nobis retulit maiori ꝯſideratione intelligeret ⁊ inge
miſſet tā multa q̄ꝫ magna ſue vite picula: de regimine ⁊ guberna
tione eccleſie ipendere ac ꝓuenire ſpectaret: atqꝫ iō fleret: eorum
tūc ut uoluerūt ꝯpletū ē deſideriū. factꝰqꝫ presbyť: monaſteriū in
tra eccleſiā mox inſtituit: ⁊ cū dei ſeruis uiuere cepit ſm̄ modū ⁊
regulā ſub ſanctis apl'is ꝯſtitutā. maxīe ut nēo q̄cq̄ꝫ ꝓpriū i illa ſo
cietate haberet: ſed eis eēnt oīa coīa: ⁊ diſtribueret᷑ vnicuiqꝫ ꝓut
cuiqꝫ opꝰ erat: qḋ iā ipſe p̄or fecerat: dū de trāſmarinis ad ſua re
meaſſet. Sctūs v̄o valeriꝰ ordinator eiꝰ: ut erat vir piiſſimꝰ ⁊ deū
timēs exultabat: ⁊ deo grās agebat: ſuas exauditas a dño fuiſſe
p̄ces: qs ſe frequētiſſime fudiſſe narrabat: ut ſibi diuinitꝰ hō ꝯce
deret᷑ talis: q poſſet v̄bo dei ⁊ doctrina ſalubri eccleſiā dei edifica
re. cui rei cū ſe hō grecꝰ nā: minuſqꝫ latina lingua ⁊ lr̄is inſtructꝰ
minuſqꝫ vtilē ꝓuidebat: eidē p̄sbytero poteſtatē dedit ſe corā in
eccleſia: euangeliū p̄dicandi ac frequentiſſime tractādi ꝯ vſum q
dem ⁊ ꝯſuetudinē aphricanaꝫ eccleſiaꝫ: vnde etiā ei nōnulli ep̄i

detrahebāt. ſed ille vir venerabilis ac ꝓuīcꝰ in orientalibꝰ eccle-
ſiis id ex more fieri ſciēs utilitati eccleſie ↄſulēs obtrectatoꝝ nō
curabat linguas dūmō factitaret a pſbytero qđ a ſe epō impleri
minime poſſe cernebat. vnde accenſa ⁊ ardens: eleuata ſup can-
delabꝝ lucerna: oībus qui in domo erāt lucebat. ⁊ poſtea currē-
te ⁊ volante huiuſmodi fama: bono p̄cedente exēplo accepta ab
epis poteſtate: preſbyteri nōnulli corā epis populis tractare ce-
perunt verbū vite. ſane tunc in illa hyponenſi urbe manicheoꝛuꝫ
peſtilētia q̄ꝫplurimos ciues ⁊ peregrinos infecerat ⁊ penetraue-
rat: ſeducēte ⁊ decipiente eiuſdē hereſis quodā preſbytero noīe
Fortunato ibidē ↄuerſante atqꝫ morante. Interea hyponenſes
ciues uel pegrini chriſtiani tam catholici q̄ꝫ etiā donatiſte adeūt
Auguſtinū preſbyteꝝ atqꝫ depoſcūt: ut illū hoīem manicheoꝛuꝫ
p̄ſbyteꝝ quē doctū credebāt uideret: ⁊ cū eodē d̄ lege tractaret
qđ idē ut ſcriptū ē: patꝰ ad ↄfeſſionē oī poſcēti ſe rōnē de fide et
ſpe que in deo eſt: potēſqꝫ exhortari in doctrina ſana ⁊ ↄdicētes
redarguere minime renuit. ſed vtꝝ etiā hoc Fortunatꝰ fieri vel-
let ſciſcitatꝰ ē. At illi ↄfeſti ad ipm Fortunatū id detulerūt: ⁊ petē-
tes ⁊ exhortantes ac flagitantes ne recuſare venire qđ id minime
recuſaret. Sane qm̄ Fortunatꝰ iā apud Carthaginē ſanctū noue-
rat Auguſtinū: adhuc in eodē ſecū errore ↄſtitutū cū eodē ↄgre-
di pauitabat. verꝝ tñ ſuoꝝ maxime inſtātia coactꝰ ac verecūdatus
ꝓmiſit cominꝰ ſe eſſe uētuꝝ certamēqꝫ diſputādi ſubituꝝ: vnde
ↄdicto die ⁊ loco cōuenerūt in unū ↄcurrentibꝰ q̄ꝫplurimis viris
ſtudioſis turbiſqꝫ curioſis: ⁊ aptis notarioꝝ tabulis diſputatio ē
cepta pma: ⁊ ſcđa eſt die finita: in q̄ ille manichꝰ p̄ceptor ut ſe
geſtoꝝ ↄtinet fides: nec catholicā aſſertionē potuit euacuare: nec
manicheoꝝ ſectā veritati ſubnixā ualuit ↄprobare: ſꝫ reſpōſione
deficiens. ultio collatuꝝ ſe cū ſuis maioribꝰ: ea que refellere non
potuit proſecutus eſt. ⁊ ſi ſibi forte de his ſatis minime feciſſent
ſue anime conſulturum: atqꝫ ita omnibus apud quos magnus
et doctus uidebatur: nihil ualuiſſe in ſue ſecte aſſertione iu-
dicatus eſt. Qua ille confuſione affectus: ⁊ ſequenti tempore

de hyponenſi ciuitate profectus ad eandē amplius nō remeauit ac ſi per memoratū dei hominē omniū cordibus uel qui aderant vel qui abſentes illa que geſta ſunt cognouerant: error ille ablatꝰ ꝛ chatolica eſt intimata ac cōpta ſyncera religio. tunc tp̄is cepit predicare beatus Auguſtinus priuatim ꝛ publice in domo: ꝛ in eccleſia ſalutis uerbū cū omni fiducia aduerſus aphricanas hereſes maxime ꝯ donatiſtas: manicheos ꝛ paganos: libris confectis ꝛ repetitis ſermonibus ineffabiliter admirantibus chriſtianis et collaudantibus. ꝛ hocipſum ubi poterant nō tacentibus ꝛ diffamantibus: ſicqꝫ adiuuante dn̄o leuare in aphrica eccleſia catholica exorſa eſt caput: que multo tēpore illi cōualeſcentibꝰ hereticis p̄cipue rebaptizatis donatiſtis: parte maiore multitudinis aphricanoꝝ ſeducta ꝛ opp̄ſſa iacebat. Libros v̄o eius ſiue tractatꝰ mirabili dei gratia procedentes ac ꝓfluentes inſtructos oī rationis copia atqꝫ autoritate ſanctaꝝ ſcripturaꝝ. ipſi quoqꝫ heretici concurrentes cū catholicis ingenti ardore audiebant. ꝛ quiſquis ut uoluit ꝛ potuit notarios adhibens etiā ea que dicebant excerpta deſcripſit. ꝛ unde iam per totū aphrice corpus preclara doctrina odorqꝫ ſuauiſſimus chriſti diffuſa ꝛ manifeſtata eſt. congaudente quoqꝫ in hoc etiā compto: eccleſia dei tranſmarina. qm̄ ſicut duꝫ patit vnum membꝝ: compatiunt omnia mēbra: ita cū glorificat vnū membꝝ congaudēt oīa mēbra per idē tēpus corā ep̄is hoc illi iubentibus qui plenariū totius aphrice conciliū hypone agebant de fide ꝛ ſymbolo preſbyter adhuc Auguſtinus diſputauit ille v̄o beatus ſenex Ualerius ceteris ex hoc amplius exultās ꝛ deo gratias agēs de conceſſo ſpeciali beneficio metuere cepit ut eſt humanus animus ne ab alia eccleſia ſacerdote priuata ad epiſcopatū quereret ꝛ ſibi auferet. nā ꝛ id proueniſſet niſi ꝛ hoc idem ep̄us cognito ad locū ſecretum eū tranſire curaſſet: occultatūqꝫ a q̄rentibꝰ minime inueniri feciſſet. vnde amplꝰ formidās idem venerabilis ſenex: ꝛ ſciens ſe corpore ꝛ etate infirmiſſimuꝫ egit ſecretis litteris apud primatē ep̄m carthaginenſem allegans imbecillitatē corpis ſui: etatiſqꝫ grauitatē ꝛ obſecrās ut hyponēſi

eccleſie ordinaret̃ ep̄s qui ſue cathedre non tam ſuccederet ſed
ꝯſacerdos accederet Augꝰ. Que igit̃ beatꝰ Ualerius optauit
⁊ rogauit ſatagens reſcripto impetrauit. Poſtq̄ꝫ petitionem ad
viſitandū adueniente ad eccleſiā hyponenſem: tunc p̄mate Nu
midie Megalio calamēſi ep̄o ⁊ Ualerius antiſtes ep̄is q forte
tunc aderāt: ⁊ clericis oībus hyponenſibꝰ: ⁊ uniuerſa plebi inopi
natā cunctis ſuam inſinuat tūc uoluntatē: oībuſqꝫ audientibꝰ: gra
tulantibus atqꝫ id fieri perficiqꝫ ingēti deſiderio clamantibꝰ epi
ſcopatū ſuſcipe cōtra morem eccleſie ſuo uiuente ep̄o p̄sbyter
Augꝰ recuſabat. Dūqꝫ id fieri ſolere ab omībus ſuaderet̃ atqꝫ
ignaro traſmarinis ⁊ aphricanis eccleſie exemplis ꝓbaret̃: com
pulſus atqꝫ coactus ſuccubuit ⁊ ep̄s curam ⁊ maioris loci ordi-
nationē ſuſcepit. Quod ipſe poſtea fieri nō debuiſſe: ut viuo ep̄o
ordinaret̃: ⁊ dixit ⁊ ſcripſit: ꝓpter concilii vniuerſalis vetitū: qđ
iam ordinatus didicit: nec qđ ſibi factum doluit: aliis fieri noluit
Unde etiā ſataegit ut cōciliis ꝯſtitueret̃ ep̄oꝝ ab ordinatoribus
deberi de ordinandis uel ordinatis omniū ſtatuta ſacerdotum in
noticia eſſe deferēda. atqꝫ ita factū eſt: ut epiſcopatu ſuſcepto mul
to inſtantius ac frequentius maiori auctoritate nō adhuc in vna
tm̄ regione: ſed ubicunqꝫ rogatus ueniſſet: uerbum ſalutis eter-
ne: alacriter ac nauiter pululante atqꝫ creſcēte in dn̄i eccleſia p̄-
dicabat paratus ſemper poſcentibꝰ reddere rōnem de fide ⁊ ſpe
que in deo eſt. cuius dicta atqꝫ excerpta maximeqꝫ donatiſte in
eadem hyponenſi uel vicina manentes ciuitate ad ſuos ep̄os de
ferebant. que cum audiſſent: ⁊ contra forte aliquid dicerent aut
a ſuis refellebant̃: aut eadē res ad ſanctū Auguſtinū deferebat̃
eaqꝫ comperta patienter ac leniter ut ſcriptū eſt cū timore ⁊ tre
more ſalutē omniū operabat̃. Oſtendens q̄ꝫ nil referre illi volue
runt ac ualuerint q̄ꝫq̄ꝫ veꝝ manifeſtumqꝫ ſit qđ eccleſia dei fides
tenet ac dicit. Et hec diebus ac noctibus ab eodem iugiter age
bant̃. nam ⁊ epiſtolas p̄uatas ad quoſcunqꝫ eiuſdē erroris ep̄os
⁊ eminētes. ſ. laicos dedit rōne reddita āmonens atqꝫ exhortās
ut uel ab illa ſe prauitate corrigerent uel certe ad diſputationes

venirent. Illi vero causa diffidentie nihil unq̃ʒ rescribere uoluerũt sed irati furiosa loquebantur atqʒ seductorem deceptoremqʒ animarum Augustinũ esse ⁊ priuatim ⁊ publice conclamabant ⁊ uelut lupum occidendũ esse in defensione gregis. s. sui dicebant ⁊ tractabant. Quia oĩa peccata a deo indubitanter esse credendum posse dimitti his qui hoc facere atqʒ interficere al's ac pficere potuissent: nec deũ timentes: nec hominẽ erubescentes. ⁊ ut eorum cause diffidentia cunctis innotescerent ⁊ laborauit ⁊ publicis gestis conuẽti nõ sunt ausi conferre. Habebãt etiã idem donatiste per suas pene oẽs ecclesias inauditum hominũ genus peruersuʒ ac violentum uelut sub professione continentiũ ambulantes quos circũcelliones dicebant. Et erant in ingenti numero et turbis p omnes fere aphricanas regiones ↄstituti: q malis imbuti doctoribus audacia superba: ⁊ temeritate illicita: nec suis nec alienis aliquãdo parcebant: cõtra ius fasqʒ in causis interdicentes hominibus ⁊ nisi obedissent: damnis grauissimis ⁊ cedibus afficiebãt armati diuersis tellis bachantes per agros uillasqʒ usqʒ ad sanguinis effusionẽ accedere non metuẽtes. Sed dum uerbũ dei sedulo predicaret ⁊ cum his qui oderunt pacem pacis ratio haberet: illi pacem loquentes debellabant gratis. Cumqʒ aduersus eorum dogma ueritas innotesceret: qui uolebant ⁊ poterant sese inde uel eripiebant uel subducebant: ⁊ paci atqʒ unitati ecclesie cũ suis: quibus poterant coherebant. vnde illi sui erroris minimi cõgregationem videntes atqʒ augumentis ecclesie inuidentes accẽsi exardescebant ira grauissima: ⁊ intolerabiles psecutiones unitati ecclesie cõpacti faciebant. Ipsisqʒ catholicis sacerdotibus et ministris aggressiones diurnas atqʒ nocturnas: direptionesqʒ rerum omniũ vel inferebant. nam ⁊ multos dei seruos cedibus debilitauerunt aliquibus etiã calcẽ cũ aceto in oculos miserunt: alios occiderunt. Unde etiã suis iidẽ donatiste rebaptizatores in odiũ veniebant. proficientes porro in doctrina diuina sub sancto ⁊ cum sancto Augustino in monasterio deo seruientes. ⁊ ecclesie hypponẽsi clerici ordinari ceperũt. ac deinde innotescẽte ⁊ clarescẽte

de die in diem ecclesie catholice predicatiōis veritate sanctoꝝ q̄z
seruoꝝ dei ꝓposito ꝯtinentie ꝛ paupertate ꝓfunda ex monaste-
rio quod per illū mirabilē uirꝝ ꝛ eē ꝛ crescere ceperat magno de
siderio poscere atq̄z accipe ep̄os ꝛ clericos pax ecclesie atq̄z uni
tas ꝛ cepit primo ꝛ postea ꝯsecuta est. nā ferme decez quos ipse
noui sanctos ac venerabiles viros cōtinentes ꝛ doctiſſimos bea
tus Augustin⁹ diuersis ecclesiis nōnullos quoq̄z eminentioꝛib⁹
rogatus dedit. Similiterq̄z ꝛ ipsi ex illoꝝ sanctoꝝ ꝓposito uenie
tes dn̄i ecclesiis ꝓpagatis. ꝛ monasteria instituerūt ꝛ studio cre-
scente edificationis uerbi dei ceteris ecclesiis ꝓmotos fratres ad
suscipiendū sacerdotiū prestiterunt. Unde per multos ꝛ in mul-
tis salubris fidei: spei: ꝛ charitatis ecclesie innotescente doctrina.
nō solū p oēs aphricanas ptes: uerꝝ etiā in transmarinis et libꝛos
editos atq̄z in grecū sermonem translatos ab illo uno homine ꝛ
per illum multis fauente deo: multa innotescere meruerunt: atq̄z
huic ut scriptum est peccatoꝛ uidens irascebatur: dentibus fren-
debat ꝛ tabescebat. Serui aūt Christi ut dictū est: cū his qui ode
rūt pacē erāt pacifici. ꝛ cū loquerent debellabāt gratis. Aliquo
tiens v° etiā vias armati idem circūcelliones famulū dei Augu
stinū obsederunt. dū forte iret rogatus ad uisitādas instituēdasq̄z
ꝛ exhortandas catholicas plebes qd̄ ipse frequētiſſime faciebat.
Et aliqn̄ cōtigit ut illi subcenturiati hactenus perderent captio-
nem. Euenit quidē dei ꝓuidentia ductoris hoīs erroꝛe ut p aliā
viā cū suis comitatibus sacerdos quo tendebat uenisset: atq̄z per
hunc quē postea cognouit erroꝛem. manus impias euasisset in et
q̄bus oīb⁹ liberatori deo gratias egisse illi oīno suo moꝛe nec lai
cis nec clericis pepercerunt sicut publica contestantur gesta.
Interea silendū nō est qd̄ ad laudē dei per illius tam egregii in
ecclesia viri studium domusq̄z dei zelus aduersus p̄dictos reba-
ptizatores donatistas gestum est ꝛ perfectū cum forte un⁹ ex his
quos de suo monasterio ꝛ clero ep̄s ecclesie ꝓpagauerat ad suā
curā pertinentē calamensis ecclesiis diocesim uisitaret que didi-
cerat ꝓ pace ecclesie ꝯtra illam heresim p̄dicaret factum est ut

medio itinere eoꝝ inſidias incurriſſet ⁊ pertiaſum illius cū omni
bus illis comitantib⁹ ſublatis aialibus ⁊ rebus iniuriis ⁊ cede eā
grauiſſima affeciſſent. De qua re ne pacis eccleſie amplius impē
deret̄ ꝓuectus: defenſor eccleſie inter leges nō ſiluit ⁊ preceptus
eſt Criſpinus qui hiſdē donatiſtis in calamenſi ciuitate ⁊ regiōe
ep̄s fuit p̄dicatus. ſ. ⁊ multi tpis edoct⁹ ad multā teneri aurariā
publicis legib⁹ ↄtra hereticos ↄſtitutā qui reſultans legibus pre
ſentatus cū apud ꝓconſulē ſe negaret hereticū aborta eſt neceſſi
tas ut illi recedente eccleſie defenſore a catholico ep̄o reſiſteret̄
⁊ cōuinceret̄ eū eſſe quod ſe fuiſſe negauerat: qm̄ ſi ab eodē diſſi
mularet̄ forte catholic⁹ ep̄s ab ignorantib⁹ hereticus crederet̄
illo ſe quod erat negāte atq; ita ex hac deſidia infirmis ſcandalū
naſceret̄: ⁊ memorabili Auguſtino antiſtite oīmodis inſtante ad
cōtrouerſiam. Ambo ipſi calamēſes ep̄i venerūt ⁊ de ipſa diuer
ſa coione tertio ↄflictū ſecū egerunt magna populoꝝ chriſtianoꝝ
multidine cauſe exitum: ⁊ apud Carthaginē ⁊ per totā aphricā
expectante. Atq; ille Criſpinus qui eſt ꝓcōſulari ⁊ libellari ſen
tentia eſt ꝓnunciatus hereticus. Pro q; illo apud cognitorē ca
tholicus ep̄s interceſſit ne aurearia multa exigeret̄: ⁊ ei eſt bene
ficium impetratū. Unde cū ingratus ad piiſſimū p̄ncipē ꝓuocaſ
ſet ab Imperatore relationi debitū eſt reſponſū ſolutū ⁊ ↄſequent̄
preceptū. nullo ꝓrſus loco hereticos donatiſtas eſſe debere ⁊ eos
ad vim legū omniū ꝫ hereticos lataꝝ ubiq; teneri debere. Ex
quo ⁊ iudex ⁊ officiū ⁊ idem Criſpin⁹ ꝙ minime fuerat exactus
precepti ſunt denas auri libras fiſci iuribus inferre. Sed ꝓtinus
opera data eſt p catholicos ep̄os: p̄cipue p ſancte memorie Au
guſtinū ut illa omniū ↄdemnatio p̄ncipis dimitteret̄ indulgentia
⁊ dn̄o adiuuāte perfectū eſt. qua diligentia ⁊ ſancto ſtudio multū
creuit eccleſia ⁊ de his oībus pro pace eccleſie geſtis Auguſtino
dn̄s ⁊ hic palmā dedit: ⁊ apud ſe iuſticie coronā reſeruauit ac ma
gis magiſq; iubēte xp̄o de die in diem augebat̄ ⁊ multiplicabat̄
pacis vnitas eccleſie dei ↄfraternitas hec ⁊ id maxie factū ē p⁹
collationē que ab uniuerſis ep̄is catholicis apud Cartaginē cu;

eiſdem donatiſtaꝝ epīs poſtmodū facta eſt adiuuāte glorioſiſſi-
mo imꝑatore Honorio ꝓpt̄ qḋ ꝑficiētes etiā a ſuo latere tribu-
nuꝫ ⁊ notariū Marcellinū ad Aphricā iudicē miſerat. In qua
cōtrouerſia illi oībus modis ꝯfutati: atqꝫ de errore a catholicis
conuicti ſentētia cognitoris notati ſunt: ⁊ poſt eoꝝ appellationem
piiſſimi regis reſponſio iuſti int̄ hereticos ꝯdēnati ſunt. Ex qua
rōne ſolito more nō ampli⁹ cū hereticis eoꝝ epi ſed cū ſuis cleri-
cis ⁊ plebibus cōicauerūt: ⁊ pacē tenētes catholicā multas ꝓpter
eandē fidē ꝑſecutiones uſqꝫ ad mēbroꝝ amputationē ⁊ internici-
onē ꝑtulerunt ⁊ totū illud bonū ut dixi ꝑ ſanctū illū hominē ꝯſen-
tientibus noſtris epīs ⁊ parit̄ ſatagentibus ⁊ ceptū ⁊ perfectū ē
Porro aūt qm̄ poſt illā que cū donatiſtis facta ē collatio: nō
defuerunt qui dicerēt ꝑmiſſos nō fuiſſe eoſdē epōs apud ꝑtātē
que eām audiuit dicere oīa ꝓ ſuis partib⁹ qm̄ catholice coionis
cognitor ſue fauebat eccleſie: ⁊ hoc deficiētes ⁊ victi ad excuſati-
onē iactarent qm̄quidē et ante cōtrouerſiā. Idē heretici catholi-
ce coionis eū eſſe nouerant ⁊ dū ab eodē cōuenirentur publicis
geſtis qꝫ ad collationē occurrerent eē facturos ꝓſecuti ſunt: po-
terant utiqꝫ ſuſpectū eū habētes recuſare ꝯgreſſum. tamē omni-
potētis dei ꝑſtitit auxiliū ut poſtea in ceſarienſi Mauritanie ci-
uitate ꝯſtitutus venerabilis memorie Aug⁹ quo eū venire cum
aliis eius coepīs ſedis apoſtolice littere cōpulerūt ob terminād̄as
videlꝫ alias eccleſie neceſſitates. Hac ergo occaſione ꝓuenit ut
emeritū eiuſdem loci donatiſtaꝝ epm̄ quē ſue ſecte precipuū in
illa collatione habuerunt defenſorē uideret. Et cū eodē publice
in eccleſia aſtante diuerſe cōionis: ex hoc ipſo diſputaret ⁊ ꝓuo-
caret geſtis eccleſiaſticis ut qḋ forte ſicut dicebant ꝓſequi potuit
in collatione ⁊ ꝑmiſſis nō erat in p̄ſentis nec alicui⁹ ꝑtātis p̄ohi-
bitōe aut impotētia ſecurus dicere minime dubitaret. ⁊ in ſua ci-
uitate ſuis oībus p̄ntib⁹ ciuibus fiducialit̄ ꝓpriam defendere cōi-
onem nō denegaſſet. Ille nec hac orōne nec ſuoꝝ parentū nec
ciuiū inſtanti petitione id facere voluit qui ei pollicebant̄ ſed eā
ei⁹ redituros coionē et ā cū diſcrimine p̄rimonioꝝ ſalutiſqꝫ ſue

tempoꝛalis ſi modo katbolicam ſuperaret aſſertionem. At ille
āpl9 dicere illis geſtis: nec voluit nec valuit: niſi quātū illa geſta
ↄtinȝ apud Carthaginē int̄ epōs ↄfecta: vtꝝ vicerimus an victi
fuerimus. Et alio loco cū a notario ut reſpōderet āmoueret̄ ni-
bil ait. Et cum reticeret: factiqȝ eius ſit cunctis maifeſta diffiden
tia eccleſie dei augmēta ac firmamēta ꝑuenerūt. Quis ergo di-
ligentiaȝ ⁊ opam beatiſſime memoꝛie Auguſtini ꝑ eccleſia dei
ſtatu cognoſcere plenı9 voluerit etiā illa ꝑcurrat geſta ⁊ inueniet.
q̄ uel qualia ꝑtulerit qbus illū doctū elloquētē ⁊ p̄dicatū hoīem
ꝑuocauerit hortatuſqȝ fuerit vt ꝑ ſue defenſione ꝑtis qδ vellet
diceret illūqȝ victū cognoſceret. Scio ego nō ſolū Poſſidius p̄
ſul q vitā hāc ↄſcripſi: vm etiā alii fratres ⁊ ↄbui q nobiſcū tūc in
tra hyponeñ eccl̄iaȝ: cū eodē ſācto viro viuebāt: nobiſcū ꝑit̄ ad
mēſā ↄſtitutis eū dixiſſe. Aduertiſtis hodie i eccleſiā meū ſmōȝ
eiuſqȝ initiū ⁊ finē ↄtra meā ↄſuetudinē ꝑceſſiſſe: qm̄ nō ea rē ter
minatā exp̄licui quā ꝑpoſuerā: ſed pēdētē reliq̄rim. Cui reſpon
dimus. Ita nos in tempoꝛe miratos fuiſſe ſcimus ⁊ recognoui
mus. At ille. Credo ait forte aliquē errātē in populo dñs ꝑ nſaȝ
obliuionē ⁊ erroꝛē docere ⁊ curari voluerit. In cuius man9 ſūt
⁊ nos ⁊ ſmones nſi. Nā cū ꝑpoſite queſtionis latebras ꝑtracta
rem in aliū ſermōis excurſuȝ ꝑrexi: atqȝ ita cōcluſa vel explicata
q̄ōne diſputatiōnē t̄minaui magis aduerſuȝ manicheoꝝ erroꝛē:
Unde nihil dicere decreuerā diſputās q̄ȝ de his q̄ aſſerere pro
poſuerā. Et poſt hec (niſi fallar) ecce alia die vel poſt biduum
venit qdā Firmus noīe negociatoꝛ ⁊ intra monaſteriū ſedēte ſā
cto Auguſtīo corā nobis ad pedeſ ei9 geib9 ꝑuolutus ſeſe iacta
uit: lacrimas fundēs ⁊ rogās vt ꝑ ſuis delictis ſacerdos cū ſuis
dñm p̄caret̄ ↄfitēs ꝙ maicheoꝝ ſectā ſecut9 fuiſſȝ ⁊ in ea q̄ȝ plu
ris ānis vixiſſȝ ⁊ ꝑpt̄ea pecuiaȝ multā ſpis maicheiſ vl̄ eis quos
dicūt ellectos incaſſuȝ errogaſſet: ac ſe in eccl̄ia dei miſericordia
fuiſſe eius tractatib9 nup correctū atqȝ kotholicū factū qδ ⁊ ipſe
venerabilis Auguſtin9 ⁊ nos q tūc aderam9 ab eodē diligenter
ingrētes: ex q̄ re potiſſimū illo tractatu ſibi fuerit ſatiſſactuȝ. Et

referente eo. nobiliqз oib⁹ ſmonis ſerie; recognoſcētib⁹ pſi nãu
ꝯſiliū dei ꝑ ſalute aiaꝝ āmirātes ꝛ ſtupētes glorificauim⁹ ſanctū
ei⁹ nomē ꝛ bñdixim⁹ q cū voluerit: ꝛ vñ voluerit: ꝛ quō voluerit
ꝛ ꝑ ſciētes ꝛ ꝑ neſciētes aiaꝝ opať ſalutē. Ex eo ille bō ꝓpoito
ſuoꝝ dei adherēs negotiatoꝛis dimiſit actōꝫ: ꝛ ꝓficiēs in eccl'ie
mēbris: In alia regiōe ad pbřij quoqз dei volūtate petit⁹ ꝛ coa
ctus acceſſit offitiū: tenēs atqз cuſtodiēſ ꝓpoiti ſanctitatē. Et for
te adhuc uſqз in reb⁹ hūanis viuit trās mare ꝯſtitut⁹. Apō char
taginē quoqз dū ꝑ quēdā dom⁹ regie ꝓcuratoꝛē noie Vrſuꝫ fi
dei katholice hoīem ad quoſdā maichеoꝝ quos ellectos vł elle
ctas dicūt blaſphemis opib⁹ pñtes ꝑuenireť atqз ad eccleſiā ab
eodeꝫ deducereňť ꝛ ꝑdocereňť ab epis ad tabulas auditi ſunt.
Inť quos etiā ſancte memoꝛie Auguſtin⁹ fuit: q p̄ ceteris illaꝫ
execrabilē ſectā nouerat: ꝛ eoꝝ ꝓdēs euiſmodi dānabiles blaſ-
phemias ex locis librorum quos illi accipiunt manichei uſqз ad
ꝯfeſſionē earūdē blaſphemiaꝝ eos ꝑduxit: ꝛ q̄ inť ſe illi ſuo moꝛ
malo: indigna ꝛ turpia facere ꝯſueuerāt feiaꝝ illaꝝ velut ellecta
rū ꝓditōe illis eccleſiaſticis geſtis declaratū ē atqз ita paſtoꝛis di
ligētia dñico gregi ꝛ augmētū acceſſit: ꝛ aduerſus fures atqз la
trones defenſio ꝯpetēs ꝓcurata ē. Cū quodā etiā felice de nūe
ro eoꝝ quos ellectos dicūt idē maichei qqз hyponeñ. venerat:
eūdē ſemiaturus erroꝛē publice in hyponeñ eccl'ia notariis exci
piētib⁹ diſputauit btūs Auguſtin⁹ populo aſtāte. Et p⁹ ſcōaꝫ vł
ťciā collatōꝫ ille maiche⁹ fruſtrata vanitate ꝛ erroꝛe ipi⁹ ſecte ad
nřam ꝯuerſus ē fidē atqз eccl'iam ſicut eadē relecta doceri pote-
terit ſcriptura. Preterea cū quodā etiā Paſentio Comite do
m⁹ regie arriano q ꝑ auctoꝛitatē ſue pſone fiſci vehemētiſſimus
exactoꝛ fidē katholicā attrociť ac ıugiť vehemētiſſime oppugnā
te: ꝛ qm̄ plīmos ſacerdotes dei ſimpliciori fide viuētes dicacita-
te ac ptāte exagitabat ꝛ ꝑturbabat pñtib⁹ honoꝛatis ꝛ nobilibuſ
viris apud chartaginē ab illo ꝓuocat⁹: ꝯtulit coꝛā: ſꝫ idē heretic⁹
tabulas atqз ſtilū qō mgř nř ꝛ aū ꝯgreſſuꝫ inſtātiſſime fieri vole-
bat ne adeſſent oīmodo recuſauit. Et dū id ꝑnegaſſet dicēs qō

leguz metu publicaꝝ ꝑiclitari tabulis ſcriptis nollet atqꝫ interpo
ſitis id placere. Aug⁹ eps cū ſuis q aderāt ꝯſacerdotib⁹ videret
vt abſqꝫ ulla ſcriptura ꝓuati diſputarēt: collatōꝫ ſuſcepit p̄dicēs vt
poſtmodū ꝯtingit: q̄ p⁹ ſolutū ꝯuentū eē cuiqꝫ poſſe libere forte
dicere nullo ſcripture documēto ſe dixiſſe qđ forte nō dixerit: uel
nō dixiſſe qđ dixerit: btūs Aug⁹ miſcuit cū eodē ſmonem: atqꝫ
aſſeruit qd crederet: ⁊ ab illo qd teneret audiuit: ⁊ vā rōne atqꝫ
auctoritate ſcripturaꝝ ꝓlata docuit ⁊ oñdit nr̄e fidei firmamēta:
Illius aūt aſſerta nulla vitate: nulla ſcripturaꝝ ſanctaꝝ auctori-
tate ſuffulta docuit ⁊ fruſtrauit. Et vt a ſe inuicē ꝑtes digreſſe ſūt
ille magis magiſqꝫ irat⁹ ⁊ furens: mēdacia mlta ꝓ fide ſua falſa
iactabat: victū eē a ſe ſpo ꝓclamās: mltoꝝ ore laudatū Augⁿ. q̄
cū illū venerabilē viꝝ mīme laterēt: coactus ē ad ipm ſcribeř pa
ſentiū ꝓpř ipi⁹ metū omiſſis noib⁹ ꝯferentiū: ⁊ in eis lr̄is quicqđ
inř ꝑtes dictū vł geſtū fuerat fideliř intimauit: ad ea ſi negarenť
ꝓbāda magna teſtiū hn̄s copiā clariſſimos. ſ. atqꝫ honorabiles q
tūc aderāt viros. Atqꝫ ille ad duo ſibi directa ſcripta: vnū vix red
didit ſcriptū. in q° magis iīuriā facere: q̄ꝫ ſue ſecte rōꝫ valuit de-
clarař. Qđ a volētib⁹ ⁊ a valētib⁹ legeř ꝯprobať. Cū ipoꝝ quo
qꝫ ārianoꝝ epo quodā maximio cū gētib⁹ ad affricā vēiētē apđ
hyponē q̄ꝫplīb⁹ volētib⁹ atqꝫ petētib⁹ p̄clariſ inſpoitis viris cō
tulit: ⁊ qd ſingule aſſeruerit ꝑtes ſcriptū ē. Que ſi ſtudioſi diligen
ter legere curauerit: ꝓculdubio idagabāt vł qd callida ⁊ irrōna
bilis hřſis ad ſeducēdū ⁊ decipiēdū ꝓfiteať vł qd ecclīa katholi
ca de diuina teneat ⁊ p̄dicet ťnitate. Sꝫ ille hřtic⁹ de hypone re
diēs chartaginē de ſua multa in collatōe loq̄citate victorē ſi ď ipa
collatōe receſſiſſe iactauit ⁊ mētit⁹ ē. Que utiqꝫ nō facile a diuie
legis ignaris exāinari ⁊ diiudicari poſſent a venerabili viro Au
guſtio ſequēti tp̄e ſtilo: ⁊ illr⁹ toti⁹ collatōis ď ſingulř obiectis ⁊ re
ſpōſis facta ē recapitulatio. Et quā nihil ille obiectis referre po
tuerit Nihilomin⁹ demr̄atū ē additis ſupplemētis q̄ in tp̄e collo
tōis auguſto cūcta inferri ⁊ ſcribi mīme potuerūt. Id eni egerat
negcia hois ⁊ ſua nouiſſima ꝓſecutōe mltū lōgiſſima toᵐ qđ re-

manſerat diei ſpacium occuparetur. Aduerſus Pelagianiſtas
quoqꝫ nouos noſtrorum temporum hereticos ⁊ diſputatores cal
lidos arte magis ſubtili ⁊ noxia ſcribentes: ⁊ ubicunqꝫ poterant
publice ⁊ per domos loquentes per annos ferme decem elabo
rauit librorum multa condens edidit: ⁊ in eccleſia populis ex eo
dem errore frequentiſſime diſputans. Et quoniam idem peruer
ſi ſedi apoſtolice per ſuam ambitionem: eandem perfidiam ꝑſua
dere canabantur inſtantiſſime etiam conciliis Affricanis ſancto
rum epiſcoporum geſtum eſt: vt ſancto pape vrbis: ⁊ prius vene-
rabili Jnoncentio: ⁊ poſtea ſancto Zoſimo eius ſucceſſori ꝑſua-
deretur ꝙ illa ſecta a katbolica fide ⁊ abbominanda ⁊ damnan
da fuiſſet. At illi tante ſedis Antiſtites ſuis diuerſis temporib⁹
eoſdem notantes atque a membris eccleſie precidentes: datis lit
teris ⁊ ad Affricanas occidentis ⁊ orientis partes eccleſie: eos
anathematizandos ⁊ deuitandos ab omnibus chatolicis cenſue
runt. Et hoc tale de illis eccleſie dei chatolice prolatum iudiciū
etiā piiſſimus Jmꝑator Honorius audiēs ac ſequens ſuis eos
legibus damnandos inter hereticos haberi debere conſtituit.
Unde nonnulli ex eis ad Sancte matris eccleſie gremium. vn-
de reſiluerant: redierunt: ⁊ adhuc alii redeunt: ⁊ innoteſcente ⁊
preualeſcente aduerſus illum deteſtabilem errorem recte fidei
veritate. Et erat ille memorabilis vir Auguſtin⁹: precipuū dn̄i
corporis membrum: circa Uniuerſalis eccleſie utilitatem: ſolici
tus ſemꝑ ac ꝑuigil: Et illi diuinitus datū eſt ut ſe ſuoꝝ laborꝫ
fructuum etiam in hac vita gaudere proueniſſet: prius quidem
in Hyponenſi eccleſia: ⁊ regione cui maxime preſidebat uni-
tate ac pace perfecta. Deinde in aliis Affrice partibus ſiue ꝑ
ſeipſum: ſiue per alios: ⁊ quos ipſe dederat ſacerdotes pullulaſ-
ſe: ⁊ multiplicatam fuiſſe domini eccleſiam peruidens illoeque
manicheos: Donatiſtas. Pellagianiſtas: ⁊ paganos: ⁊ maxia
p̄te defeciſſe ꝯ eccl'ia dei ſociatos eē ꝯgaudēs ꝓfectib⁹ quoqꝫ ⁊
ſtudijs fauēs erat. Et exultās bonoꝝ oīm ī diſciplīatoꝫ pie ac sā
cte tollerans frūm: ingemeſcēſqꝫ de iniquitatib⁹ maloꝝ ſiue eoꝝ

qui intra eccleſiam ſiue eorum qui extra eccleſiam ſunt cõſtituti :
dominicis (ut dixi) lucris ſemper gaudens ⁊ damnis merens
Tanta autem ab eodem dicta ⁊ edita ſunt: tantaq; in eccleſia di
ſputata excepta atq; emẽdata vl' aduerſus diuerſos h'ticos con
ſcripta: vl' ex canoicis libris expoſita ad edificatõz ſanctoꝝ eccl'e
filioꝝ: ut ea oia vix qſq; ſtudio ſuoꝝ pleger ⁊ noſce ſufficiat: v'm
tñ ne v'itatis verbi auidiſſimos in aliq° fraudare videamur: ſtatui
deo pſtãte in hui⁹ opuſculi fine etiã eoꝝ ũdẽ libroꝝ tractatũ ⁊ epi
ſtulaꝝ indiculũ adiũgere. Quo lecto q magis dei v'itatẽ q̃z tpa-
les amat diuicias: ſibi qſq; qd voluerit ad legẽdũ ⁊ ꝯgnoſcẽdum
eligat: ⁊ id ad deſcribẽdũ: vl' de bibliotheca yponeñ eccl'ie petat
ubi emẽdatoria exẽplaria forte poterũt inueniri: vl' vñ valuerit inq
rat ⁊ inuẽta deſcribat: ⁊ hẽat ⁊ petenti ad deſcribẽdũ ſine inuidia
etiã ipſe tribuat: ſcḋm quoq; apl'i ſentẽtiã dicẽtis. Audet qſq; veſtꝝ
aduerſus alteꝝ negotiũ hñs iudicari ab iniqs ⁊ nõ apud ſanctos
An neſcitis qa ſancti m'dm iudicabunt: ⁊ in vobis iudicat' mũd⁹
indigni eſtis iudicioꝝ minimoꝝ: neſcitis qa ãgelos iudicabimus
nedũ ſecularia: Secularia igit' iudicia ſi habueritis int' vos eos
q contemptibiles ſunt in eccleſia hos collocate ad iudicandũ: ad
reuerentiã vobis loquor. Sic nõ eſt int' vos qſq; ſapiẽs q poſſet
int' fratrẽ ſuũ diiudicare: ſz frater cũ fr'e diiudicat': ⁊ hoc apud in
fideles: Interpellatus ergo btũs Augu⁹ a chriſtiãis: vl' a cuiuſcũ
q; ſecte hoibus cauſas audiebat diligent' ac pie. Cuiuſdã v'o ſen
tentiã ante occulos habẽs dicentis ſe malle int' incognitos q̃z int'
amicos cauſas audire eo q de incognitis ꝑ q° arbitraria eqtate
iudicaret' amicũ poſſet acqrere. De amicis v'o vnũ eẽſz ⁊ ꝯ quez
ſententia ꝓfert' ꝑditurus. Et eas aliqñ uſq; in horã refectionis
aliqñ aũt tota die ieiunãs: ſemꝑ tñ noſcebat ⁊ dirimebat intẽdẽs
in eis chriſtianoꝝ momẽta aĩoꝝ qñtũ qſq; vl' in fide boniſq; mo
ribus proficeret uel ab his deficeret. Atq; compertis reꝝ oppor
tunitatib⁹ diuine legis veritate partes docebat: eamq; illis incul
cabat: ⁊ eos quo adipiſcerent' vitã eťnã edocebat ⁊ ãmonebat':
nihil aliud querens ab his quibus ob hoc narrabat niſi tantum

obedientiam ⁊ deuotionē chriſtianā que deo debet̄ ⁊ hominib⁹.
peccātes corā oib⁹: arguēs: ut ceteri timorē hn̄ent: ⁊ faciebat hoc
tanq̄ȝ ſpeculator a dn̄o ↄſtitut⁹: domui yſrabel p̄dicās v̄buȝ atqȝ
inſtās oportune iportune arguēs: hortās: increpās in oī longani-
mitate ⁊ doctrina p̄cipueqȝ operā dās inſtruere eos q̄ eēnt ido-
nei ⁊ alios docere: rogatus quoqȝ a nōnullis in eoꝝ tp̄alib⁹ cau
ſis ep̄l'as ad diuerſos dabat. Sed hāc ſuā a melioꝛib⁹ reb⁹ occu
patōȝ tanq̄ȝ angariā deputabat ſuauē ſemp̄ hn̄s de hīs q̄ dei ſūt
vel allocutōȝ vel collocutōȝ: fr̄me ac domeſtice fa̅iliaritatis. Noui
mus quoqȝ eū a ſuis chariſſimis litteraꝝ intceſſu apd̄ ſeculi po-
teſtates poſtulatū nō dediſſe dicentē. Cuinſdā ſapiētis hn̄andam
eē ſententiā: de quo ſcriptū eſſȝ q̄ multa ſue p̄bame ↄtē platōe ai-
cis nō p̄ſtitiſſet. Et illud nihilomin⁹ ſuū addēs: qm̄ plerūqȝ p̄tās
q̄ petit p̄mit. Cū v̄o intcedendū eēt: rogatus uidebat tā id hone
ſte: ac tp̄ate agebat: vt nō ſolū onerolus aut moleſtus nō uideret̄
veꝝ etiā mirabilis extitiſſet. Nā dū exorta neceſſitate ſuo more
apd̄ quēdā affrice vicariū noīe Macedoniū: p̄ ſupplice litteris
intueniſſet atqȝ ille paruiſſet: hoc mō reſcriptuȝ miſit. ¶ Miro
mō afficioꝛ ſapiā tua: vt in illis q̄ edidiſti: ⁊ in his q̄ interueniens
pro reis mittere non grauaris. Nam ⁊ illa tantū habent accu-
minis ſcientie ⁊ ſanctitatis: ut nihil ſuperſit: ⁊ hec tm̄ verecundie
vt niſi faciam quod mandas culpam penes me remanere non in
negocio eſſe diiudicem. domine merito venerabilis ⁊ ſuſcipiēde
pater non enim inſtas q̄ pleriqȝ omnes iſtius loci faciūt: vt q̄dcū
qȝ ſolicitus petitoꝛ volueris extorqueas: ſȝ quod tibi a iudice tot
curis obſtricto petibile viſum fuerit āmonens ⁊ rogas ſubſeruien
te verecundia q̄ȝ maxima. difficiliū inter bonos efficacia eſt: pro
inde ſtatim comendatis effectum deſiderii tribui. Nam ſperandi
viam ante pateſeceram. Sanctorum conſilia ſacerdotum per di-
uerſas prouincias celebrata cum potuit frequentauit non in eis q̄
ſua ſunt: ſed que Jeſu chriſti querens: ut vel fides ſancte eccle-
ſie catholice inuiolata maneret: uel nonnulli ſacerdotes: uel cle
rici ſiue per fas ſiue per nefas excomunicati uel abſoluerentur:

uel abiicerent. In ordinandis vo ſacerdotibus uel clericis conſenſum maioꝝ chriſtianoꝝ ⁊ ꝯſuetudines eccleſie ſequendā arbitrabat. Veſtes eius ⁊ calciamenta uel lectualia ex moderato ⁊ cōpetenti habitu erant nec nitida nimiū: nec abiecta plurimū: qꝛ pleruꝗ uel iactare ſe inſolenter hoīes ſolent uel abiicere ex utroq: nō que Jeſu xpi ſed que ſua ſunt inquirentes. At iſte beatuſ ut dixi mediū tenebat neqꝫ in dextrā neqꝫ in ſiniſtrā declinans. Menſa uſus eſt frugali ⁊ parca que quidē inter holera ⁊ legumina: etiā carnes aliqñ ꝓpt hoſpites uel quoſqꝫ infirmiores habebat. Semꝑ aūt vinū habebat qꝛ nouerat ⁊ docebat ut Apl'us dicit: Qꝛ omnis creatura bona dei: ⁊ nihil abiiciendū quod cum gratiaꝝ actione percipit: ſanctificat aūt per uerbū dei ⁊ orōnē. Et ut idem Aug⁹ ſanctus doctor in ſuis ꝯfeſſionū libris poſuit dicens: Non ego immundiciā obſonii timeo ſed imundiciā cupiditatis. Scio Noe omne gen⁹ carnis quod cibo eſſet uſui māducare ꝑmiſſum. Heliā cibo carnis refectum Joannē mirabili abſtinentia preditum aīalibus hoc eſt locuſtis in eſcam cedentibus nō fuiſſe pollutū. Scio ⁊ Eſau lenticule cōcupiſcentia deceptum Et Dauid ꝓpter aque deſideriū a ſeipſo reprehenſum ⁊ regem noſtꝝ nō de carne ſed de pane eſſe tētatū. Ideoqꝫ ⁊ populus in heremo nō qꝛ carnes deſiderauit. ſꝫ qꝛ eſce deſiderio ꝯ deū murmurauit meruit improbari. De vino aūt ſumēdo Apoſtoli extat ſententia ad Thimoteū dicentis: Noli uſqꝫ adhuc aquā bibere ſed vino modico utere ꝓpt ſtomachū ⁊ frequētes tuas infirmitates. Coclearibus al's coclearijs tm̄ argenteis utēs: cetera vaſa quibus mēſe inferebant cibi uel teſtea uel lignea uel marmorea erant nō tm̄ neceſſitatis inopia: ſed ꝓpoſito uolūtatis. Sed et hoſpitalitatē exhibuit ſemꝑ. ⁊ in ipſa mēſa magis lectionē uel diſputationē qꝫ epulationē potationēqꝫ diligebat ⁊ ꝯ peſtilentiā humane ꝯſuetudinis in ea ita ſcriptū hēbat. Quiſqs amat dictis abſentū rodere uitā. Hāc mēſā idignā nouerit eē ſuā. ⁊ iō oēm ꝯuiuā a ſupfluis ⁊ noxiis fabul' ⁊ detractōib⁹ ſeſe abſtinē debē āmonebat. Nā ⁊ quoſdā ſuos familiariſſimos coepōs illi⁹ ſcripture

oblitos: ⁊ contra eam loquentes tam aſpere aliquando repꝛehē-
dit cōmotus ut diceret: aut delendos eſſe illos de menſa uerſus
aut ſe de media refectiōe: ad ſuū cubiculū ſurrecturū. Quod ego
⁊ alii qui illi menſe interfuimus experti ſumꝰ. Compauperū vͦ
ſemꝑ memoꝛ erat: eiſqꝫ inde erogabat. vnde ⁊ ſibi ſuiſqꝫ oībꝰ ſe-
cum habitantibus errogabat̃ hoc eſt uel ex reditibus poſſeſſio-
num eccleſie: uel etiā ex oblationibꝰ fidelium. Et dū foꝛte ut aſ-
ſolet de poſſeſſionibus ipſis inuidia clericis fieret alloquebatur
plebē dei: malens ſe ex collationibꝰ magis plebis dei viuere: q̄ꝫ
illaꝝ poſſeſſionū curā uel gubernationē pati ⁊ paratū ſe eſſe illis
cedere ut eo modo oēs dei ſerui: ⁊ miniſtri uiuerent: quo in ve-
teri teſtamēto legit̃. Altari ſeruientes: eodē comparticipari. Sꝫ
nunq̄ꝫ id laici ſuſcipere uoluerunt. Domus eccleſie curā omnem
qꝫ ſubſtantiā ad uices ualētioꝛibus clericis delegabat ⁊ credebat
Nunq̄ꝫ clauem nunq̄ꝫ anulū in manu habens: ſed ab eiſdē domꝰ
ꝓpoſitis cuncta ⁊ accepta ⁊ errogata notabant̃. Que anno com
pleto eidē recitabant̃ quo ſciret̃ quantū acceptū quantūqꝫ diſpē
ſatum fuiſſet uel qcquid indiſpenſatū uel diſpenſandū remāſiſſet
Et in multis titulus illius magis ꝓpoſiti domus fidē ſequens q̄ꝫ
pꝛobatū manifeſtūqꝫ cognoſcens. Domū vͦ uel agꝝ ſeu uillam
nunq̄ꝫ emere uoluit. Uerū ſi foꝛte eccleſie a quoq̄ꝫ ſponte aliqd
tale uel donaret̃: uel titulo legati dimitteret̃ nō reſpuebat: ſed ſu
ſcipi iubebat. Nā ⁊ aliquas eū hereditates recuſaſſe nouimꝰ. Nō
qꝛ pauperibꝰ inutiles eſſe poſſent: ſed qm̄ iuſtū ⁊ equum eſſe ui-
debat: ut a moꝛtuoꝝ uel filiis uel parentibꝰ: uel affinibus magis
poſſiderent̃: quibꝰ ab eis deficientes dimittere noluerunt. Qui
dā etiā ex honoꝛatis hyponienſiū apud Cartaginē viuēs eccl'ie
hyponēſi poſſeſſionē donare uoluit ⁊ ꝯfectas tabulas ſibi uſufru
ctu retēto ultro eidē ſancte memoꝛie Augͦ miſit: cuiꝰ ille oblati
onem libenter accepit congratulans eiqꝫ eterne ſue memoꝛ eſſet
ſalutis. Uerum poſt aliquot annos nobis foꝛte cū eodē cominꝰ
conſtitutis. Ecce ille donatoꝛ litteras per ſuum filiuꝫ mittens ro
gauit ut ille donationū tabule ſuo filio redderent̃ pauperibus vͦ

errogandos direxit ſolidos centum. Quo ille ſanctus cognito: ingemuit hominem uel finxiſſe donationē uel eū de bono opere penituiſſe ꝛ quanta potuit deo ſuggerente cordi eius condolenti animo ex eadem refragratione dixit in illius.ſ.increpationem ꝛ correptionē. ꝛ tabulas quas ille ſponte admiſerat: nec deſideratas nec exactas confeſtim reddidit: pecuniāqꝫ illam reſpuit atqꝫ ſcriptis eundē ſicut oportuit ꝛ arguit ꝛ corripuit: admonens ut de ſua ſimulatiōe uel iniq̄tate penitentie humilitate deo ſatiſfaceret: ne cū tam graui delicto de ſeculo exiret. Frequentiꝰ vō dicebat magis ſecuriꝰ ac tutiꝰ eccleſie legata a defunctis dimiſſa debere ſuſcipepere q̄ꝫ hereditates forte ſollicitas ꝛ damnoſas: ipſaqꝫ legata magis offerenda eſſe q̄ꝫ exigenda. Cōmendata queqꝫ ipſe non ſuſcipiebat: ſed nolentes ſuſcipere clericos nō prohibebat. In is quoqꝫ que eccleſia habebat ꝛ poſſidebat intentus amore uel implicatus cupiditate non erat: ſed maioribus magis ſpiritualibus ſuſpenſus ꝛ inherens rebꝰ: uix aliq̄n ſeipſum ad iſta tēporalia ab eternoꝝ cogitatione relaxabat ꝛ diſponebat. Quibuſqꝫ ille diſpoſitis ꝛ ordinatis tanq̄ꝫ a rebus mordacibus ꝛ moleſtiis animi recurſuꝫ ad interiora mentis ꝛ ſuperiora faciebat. quo uel de inueniendis diuinis rebus cogitaret: uel de iam inuentis aliquid dictaret: aut certe ex iam dictatis atqꝫ tranſcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans ꝛ in nocte lucubrans ꝛ erat tanq̄ꝫ illa religioſiſſima Maria typum geſtans ſuperne eccleſie de qua ſcriptuꝫ eſt ꝙ ſederet ad pedes domini: atqꝫ intēta uerbum eius audiret. de qua ſoror conqueſta ꝙ ab eadem circa miniſterium multū occupata: nō adiuuaret: audiuit: Marta marta ſolicita es. optimā partē elegit Maria que non auferet ab ea. Nam fabricaꝝ nouaꝝ nunq̄ꝫ ſtudium habuit deuitans in eis implicationem ſui animi quē ſemꝑ liberū habere uolebat ab omni moleſtia tēporali. Non tamē illa uolentes ꝛ edificantes ꝓhibebat niſi tm̄ immoderatos. Interea dū eccleſie pecunia deficeret hoc ipſū populo chriſtiano denūciabat nō ſe habere qđ indigētibꝰ erogaret. nā ꝛ de uaſis dn̄icis ꝓpť captiuos ꝛ q̄ꝫplimos

indigentes frangi ⁊ ꝯflari iubebat: ⁊ indigentibus diſpenſari. Ego
non cōmoraſſem niſi contra carnalē ſenſum quorundā fieri perui
derem. Et hocipſum etiā uenerabilis memorie Ambroſius in
tali neceſſitate indubitanť eſſe faciendū ⁊ dixit ⁊ ſcripſit. Sed et
inde de neglecto fidelibuſ gazophylatio ⁊ ſecretario vnde altari
neceſſaria inferunť aliqñ in eccleſia loquēs admonebat: qđ etiā
beatiſſimū Ambroſiū ſe pñte in eccleſia tractauiſſe aliqñ retule-
rat: cū ipſo ſemꝑ clerici vna etiā domo ac mēſa ſumptibuſqȝ cōi-
bus alebanť ⁊ ueſtiebanť. Et ne quiſq̄ȝ facile iuratione ad periu
riū decidiſſet: ⁊ in eccleſia populo p̄dicabat: ⁊ ſuis inſtituerat ne
quis iuraret nec ad modicū quidē. Qđ ſi ꝑlapſus fuiſſet: unā de
ſtatutis ꝑdebat portionē. Numeruſ eni erat ſuis ſecū cōmorātib⁹
⁊ cōuiuantib⁹ poculoꝝ p̄fix⁹. Indiſciplinationes quoqȝ ⁊ trāſ-
greſſiones ſuoꝝ a regula recta ⁊ honeſtate ⁊ arguebat ⁊ tolera-
bat quantū decebat ⁊ oportebat. In talib⁹ p̄cipue docens ne
cuiuſq̄ȝ cor declinareť in uerba maligna ad excuſandas excuſa-
tiones in peccatis. Et dum quiſqȝ offerret munus ſuum ad alta
re atqȝ eidem ꝯfratri recōcilieret: ⁊ tunc ueniendū ⁊ munus ad
altare offerendū. Si vͦo ipſe aduerſus fratrem ſuum aliquid ha-
beret corripere eum debere in parte. ⁊ ſi eum audiſſet lucratus
eſſet ſuum fratrem. Sin minus adhibendum eſſe vnum aut duoſ
quod ſi ⁊ ipſos contemneret eccleſiam adhibendū. Si vͦo ⁊ huic
non obediret eſſet illi ut ethnicus ⁊ publicanus. Et illud addēs
ut fratri peccanti ⁊ ueniam petenti non ſepties: ſed ſeptuagies ſe
pties delictum relaxeť ſicut quiſqȝ a domino quottidie ſibi poſtu
lat relaxari. Femina autem intra domum eius nulla unq̄ȝ cōuer
ſata eſt: nulla manſit nec quidem germana ſoror que uidua deo
ſeruiens multo tempore uſqȝ in diem obitus ſui prepoſita ancil-
larum dei uixit. Sed ne patrui ſui filie aľs fratris ſui filie q̄ pariť
deo ſeruiebant quas perſonas ſanctorum epiſcopoꝝ concilia in
exceptis poſuerunt. Dicebat vͦo qꝛ ⁊ ſi de ſorore ⁊ neptibus ſe-
cum commorantibus nulla naſci poſcit mala ſuſpitio: tamen quo
niam ille perſone ſine aliis neceſſariis ſecūqȝ manentib⁹ feminis

eſſe non poſſent: ꝛ q̄ ad eas etiam alie afforis intrarent de his poſſe offendiculū aut ſcandalū infirmiorib⁹ naſci. ꝛ illis q̄ cū ep̄o uel quolibet clerico forte manerent ex illis oībus feminaꝝ per/ſonis poſſe una cōmorantibus aut aduentantib⁹: aut tentationib⁹ humanis perire aut certe malis hominū ſuſpitionib⁹ peſſime dif famari. Ob hoc ergo dicebat nunq̄ꝫ debere feminas cum ſeruis dei etiā caſtiſſimis una manere domo: ne ut dictū eſt aliq̄d ſcan/dalum uel offendiculū hoc tali exemplo poneret̄ infirmiorib⁹. et ſi forte ab aliquibus feminis ut videret̄ uel ſalutaret̄ rogabatur nunq̄ꝫ ſine clericis teſtibus ad eum intrabāt: uel ſolus cum ſolis vnq̄ꝫ eſt locutus niſi ſecretoꝝ aliquid intereſſet. In viſitationib⁹ v̄o modū tenebat ab ap̄lo definitum ut nō niſi pupillos ꝛ viduas in tribulationibus ꝯſtitutos viſitaret. Et ſi forte ab egrotantibus ob hoc peteret̄ ut ꝓ eis in preſenti deū rogaret: eiſq̄ꝫ manus im poneret ſine mora pergebat. Feminaꝝ aūt monaſteria nō niſi ur gentibus neceſſitatibus uiſitabat. Seruandū quoq̄ꝫ in uita ꝛ mo ribus hominib⁹ dei referebat quod in inſtitutis ſancte memorie Ambroſii ꝯpererat ut uxorē cuiq̄ꝫ nunq̄ꝫ poſceret neq̄ꝫ militare uolentē ad hoc cōmendaret neq̄ꝫ in ſua patria appetitum iret ad ꝯuiuiū. De ſingulis rebus preſtans cauſas. ſ. ne dū inter ſe coniu gati caſu iurgarent ꝛ eū maledicerēt per quē cōiuncti eſſent. Sꝫ plane ad hoc ſibi iam ꝯſentientes petitū intereſſe debere affirma bat ſacerdotē ut uel eoꝝ iam pacta ꝛ placita firmarent̄ uel bene dicerent̄: ꝛ ne militie cōmendatus ac male agens eius culpa ſuf fragatori tribueret̄ ꝛ ne per frequentiā in patrie cōuiuiis ꝯſtitut⁹ tempantiſ amitteret̄ modus. Indicauerat nobis ſe p̄dicti beate memorie uiri in ultimo uite ꝯſtituti audiſſe ſapientiſſimū ꝛ piiſſi/mum reſponſum ꝛ multū laudabat ac p̄dicabat. Nam cuꝫ ille ue nerabilis ultima iaceret egritudine ꝛ a fidelibus honoratis lecto eius aſtantibus ꝛ videntibus eum de ſeculo migraturum ad de um. ꝛ ob hoc merentibus tanto ac talis antiſte eccleſiam poſſe priuari vbi ꝛ ſacramēti dei diſpenſatione: ꝛ cū lachrimis rogaret̄ ut ſibi a domino uite poſceret cōmeatum: eum illis dixiſſe. Non

ſic vixi vt me pudeat inter vos viuere:ſʒ nec mori timeo:q: bonū
dñm hēmꝰ: ⁊ in his noſter Augꝰ ſenex elimata ac librata admi
rabat᷑ ⁊ laudabat vba. Ideo enī cū dixiſſe intelligēdū eſt. Nec
mori timeo q: bonū dñm hēmus:ne crederet᷑ pſidēs de ſuis pur
gatiſſimis morbꝰ pſumpſiſſe. Non ſic vixi ut me pudeat īnt vos
viuere:hoc enī dixerat ad illū qd hoies de hoie noſſe poterant.
Nam ad examē equitatis diuine de bono ſe dixit dño magis cō
fidere. Cui etiā in orone quottidiana dominica dicebat. Dimit
te nobis debita noſtra. Cuiuſdā quoqʒ coepi ⁊ familiariſſimi ſui
amici in extremis vite de talibꝰ frequentiſſime referebat dictum
Ad quē cū viſitanduʒ iam morti appropinquātē ventitaſſʒ: ⁊ ille
manus geſtu ſe de ſeculo exituꝝ ſignificaret: atqʒ a ſe illi eſſʒ re
ſponſuʒ adhuc eū eccleſie neceſſariū viuere poſſe illū ne putaret᷑
huiꝰ vite teneri cupiditate reſpondiſſe. Si nunqʒ bñ. Si aliquan
do quare nō mō:⁊ talem ſentētiā mirabat᷑:⁊ laudabat hoiem ꝓ
tuliſſe deū quidēʒ timentē:vītamē in villa natū ⁊ nutritū: ſʒ non
multa lectionis eruditū ſcientia:illud etiā cuiuſdā egrotantis di
ctū afferebat epi: de quo ſanctus in epla ſua quaʒ de mortalitate
ſcripſit martyr Cipanus ita retulit dicēs. Cū qdam iquit d col
legis ⁊ ꝯſacerdotibꝰ nris infirmitate defeſſus ⁊ de appropiquan
te mōte ſollicitus:cōmeatū ſibi pcaret᷑ aſtitit deꝑcanti etiā pene
morienti iuuenis:honore ⁊ maieſtate venerabilis:ſtatura celſus:
⁊ clarus aſpectu:⁊ quē aſiſtentē ſibi vix poſſet hūanus aſpectꝰ oc
culis carnalibꝰ intueri:niſi q tale videre iam poterat d ſeculo re
ceſſurus. Ad quē ille nō ſine quadā ai ⁊ vocis indignatōe infre
muit ⁊ dixit. Pati timetis. Exire nō vultis. Quid faciā vobis:
Ante ꝓximū vo diē infirmitatis obitus ſui a ſe dictatos ⁊ edi
tos recenſuit libros. Siue eos quos pᵒ tpe ꝯuerſionis ſue adhuc
laicus ſiue quoſ presbyt᷑ ſiue quos epūs dictauerat: ⁊ queꝗ̄ʒ in
his recognouit alit᷑ qʒ ſeſe hēt eccleſiaſtica regula a ſe fuiſſe dicta
ta ⁊ ſcripta cū adhuc eccliaſticū uſuʒ minus ſciret minuſqʒ intelli
geret a ſemetipo rephenſa ⁊ correcta ſunt. Vñ etiā duo ꝯſcrip
ſit volumia quoꝝ ē titulus de recēſione libroꝝ. Preceptos etiā

ſibi quoſdam libꝛos ante diligentioꝛem emendationem a nōnull'
fratꝛib⁹ ꝯquirebat: licꝫ eos poſtmodū emēdaſſꝫ: imꝑfecta etiā q̄dā
libꝛoꝝ ſuoꝝ p̄uētus moꝛte dereliq̄t. Quiqꝫ ꝓdeſſe oīb⁹ volēs ⁊
volētib⁹ multa libꝛoꝝ legere: ⁊ nō valentibus ex utroqꝫ diuio te
ſtamēto veteri ⁊ nouo: p̄miſſa p̄fatōe: p̄cepta diuīa a ſe petita ſeu
vetita ad vite regulā ꝑtinētia excerpſit: atqꝫ ex his unū codicem
fecit: vt q̄ vellet legeret: atqꝫ in eo vl' q̄ꝫ obediēs deo: inobediēs
qꝫ eſſet agnoſceret: ⁊ h° op⁹ voluit ſpeculū appellari. Aleꝝ bre-
ui ꝯſequēti t̄pe diuīa volūtate ⁊ ꝑtāte ꝓuenit ut man⁹ ingēs diuē
ſis telis armata: ⁊ bellis exercitata imanium hoſtiū vandaloꝝ ⁊
alanoꝝ ꝯmixtā ſecū hn̄s gottoꝝ gētē aliaꝝqꝫ diuerſaꝝ gētiū ꝑ-
ſonas ex hyſpanie ꝑtib⁹ trās marinis nauib⁹ affrice influxiſſet:
⁊ irruiſſet: vniuerſaqꝫ loca mauritaniaꝝ etiā ad alias nr̄as trāſi-
ens ꝓuicias ⁊ regiones: oī ſeuiens crudelitate ⁊ attrocitate: cun
cta q̄ potuit expoliatōe cedib⁹ diuerſiſqꝫ tormētis incēdiis aliiſ
qꝫ inūerabilib⁹ ⁊ infandis malis depopulata ē. Nulli ſexui: nulli
ꝑcēs etati: nec ipis dei ſacerdotib⁹ vel miſtris: nec ipius eccl'iaꝝ
oꝛnamētis ſeu iſtrumētis ul' edificiis: ⁊ hāc ferociſſimaꝫ hoſtium
craſſatoꝫ ⁊ vaſtatoꝫ: ille hō dei ⁊ factā fuiſſe ⁊ fieri nō ut ceteri ho
mies ſenciebat ⁊ cogitabat. ſꝫ altius ⁊ ꝓfundi⁹ cōſiderās: ⁊ in
his aiaꝝ p̄cipue: ut ꝑicula ul' moꝛtē p̄uidēs ſolito āpli⁹ q̄ꝫ ut ſcrip
tū ē. Qui apponit ſciētiā appoit doloꝛē ⁊ coꝛ intelligēs tinea oſſi
bus. Fuerūt ei lacrīe panes die ac nocte amariſſimāqꝫ ⁊ lugu-
brē p̄ ceteris ſue ſenectutis: iā pene extremā ducebat ac tollera
bat vitā. videbat eni ille hō dei ciuitates excidio ꝑditas pit' cum
edificiis villaꝝqꝫ habitatoꝛes: alios hoſtilitatis nece extinctos:
alios effugatos atqꝫ diſꝑſos: eccl'ias ſacerdotib⁹ ac miſtris deſti
tutas: v̄gines ſacras ⁊ quoſqꝫ ꝯtinētes ubiqꝫ diſſipatos dolebat:
in his alios d̄feciſſe tormētis: alios gladio interēptos eē: alios in
captiuitate ꝑdita ai ⁊ coꝛꝑis itegritate ac fide: malo moꝛe ac du-
ro hoſtibus deſuire: hymnos dei ⁊ laudes ex eccl'iis depeꝛiſſe:
edificia eccl'iaꝝ q̄ꝫ plʼimis locis ignib⁹ ꝯcremata eē: ſolēnia quo
qꝫ q̄ deo debent' de ꝓpꝛiis locis periſſe: ſacrificia ⁊ ſacramenta

diuina vel non queri uť querenti qui tradat non facile reperiri in ipas mōtiū ſiluas ⁊ cauernas petraꝝ ⁊ ſpelūcas ꝯfugiētes vľ ad q̄ſcūqȝ munitōes alios fuiſſe expugnatos ⁊ int fectoſ alios ita neceſſariis ſuſtētaculis euolutos atqȝ ꝑuatos ut fame ꝯtabeſcerēt. Ipoſqȝ eccl'iaꝝ ꝓpoſitos ⁊ clericos q forte dei bñficio: vel eos nō incurrerūt vľ incurrētes euaſerūt rebꝰ oībꝰ expoliatoſ atqȝ nudatos egētiſſimos mēdicare. Nec eis oībꝰ adeo oīa qbꝰ fulciēdi eēnt ſubueire poſſe. vix tres ſuꝑſtites ex inūerabilibꝰ eccl'iis hoc ē chartaginēſez: hyponeñ: ⁊ cbritenſez: q̄ dei bñſitio exciſe nō ſūt ⁊ eaꝝ ꝑmanēt ciuitates ⁊ diuio ⁊ hūano fulte ꝑſidio: licȝ pꝰ eius obitū vrbs hyponeñ ab icolis ḋſtituta: ab hoſtibꝰ fuerit ꝯcremata ⁊ ſe int hec mala cuiuſdā ſapiētiſ ſentētia ꝯſolabať dicētiſ. Nō erit magnꝰ magnū putās q cadūt ligna ⁊ lapideſ ⁊ moriunť mōtales. Hec ergo oīa ille (ut erat) alta ſapiēs quottidie ubertim flebat: accreuitqȝ moribꝰ ⁊ lamētatōnibꝰ eiꝰ ut etiā adhuc in ſuo ſtatu ꝯſiſtētē ad eādē hyponēſiū regionū ciuitatē: ab hiſdē hoſtibus veniret obſidēdā: qm̄ in eius tūc defenſiōe fuerat ꝯſtitutus: Comes quōdā Bonifaciꝰ cū gottoꝝ federatoꝝ exercitu quam vrbē ferme. 14. mēſibus ꝯcluſaz obſederūt. Nā ⁊ litus illi marinū intēcluſiōe abſtulerūt: quocūqȝ etiā noſipi quos de vicino cum aliis nr̄is epis ꝯfugeramꝰ. In eadēqȝ eiꝰ obſidiōis tpe fuimus ubi nobiſcū ſuꝑ his infortuniis ſepiſſime colloq̄bamur: ⁊ dei tremēda iudicia ꝑ occul' nr̄is poſita ꝯſiderbamꝰ dicētes. Iuſtꝰ es dn̄e ⁊ rectū iudiciū tuū: pitqȝ dolētes ⁊ flētes orabamꝰ miſerationū pr̄ez deū oīs ꝯſolatōis: ut in eadē nos tbulatōe ſubleuare dignareť. Et forte ꝓueit vt vna cū eodē ad mēſaz ꝯſtitutis ꝯfabulātibꝰ cepit corā nobis dicere. Noueritis me hoc tpe nr̄e calamitatis id deū rogare: ut hāc ciuitatē ab hoſtibꝰ circūdatā liberaľ digneť: aut ſi aliud ei videť ſuos ſuos ad ꝑferendā ſuā voluntatem fortes faciat: aut certe ut ſeſe de hoc ſeculo ad ſe accipiat: q̄ ille dicēs: noſqȝ inſtruēs deinceps cū eodē ⁊ nos cū nr̄is oībꝰ: ⁊ ipſi q in eadez fuerant ciuitate a ſūmo deo ſimiliť petebamus. ⁊ ecce tercio illius obſidionis menſe: decubuit lecto febribus fatigatus

ꝛ illa ultima exercebat̃ egritudine nec ſuũ ſane dominus famu
lũ fructu ſue p̃cis fraudauit. Nã ꝛ ſibi ipi ꝛ idẽ ciuitati qḋ ꝛ lachry
moſis depopo ſcit p̃cib⁹ in tp̃e ipetrauit. Noui quoqꝫ eũdẽ ꝛ pre
ſbyteꝝ ꝛ ep̃m ꝓ qbuſdã energũis petẽtib⁹ ut oraret rogatũ: euꝫ
qꝫ in oĩoe lachryãſ fundẽtẽ: deũ rogaſſe ꝛ demões ab hoibus re
ceſſiſſe. Itẽqꝫ ad egrotãtẽ ꝛ lecto vacãtẽ quẽdam cũ ſuo egroto
veiſſe ꝛ rogauiſſe ut eidẽ manũ iponeret ut ſan⁹ eẽ poſſꝫ rñdiſſe.
Si aliqd in hiſ poſſꝫ ſibi hoc utiqꝫ p̃mit⁹ p̃ſtitiſſꝫ: ꝛ illũ dixiſſe ui
ſitatũ fuiſſe ſibiqꝫ p ſomniũ dictũ eſſe. Uade ad Auguſtinũ ep̃m
ut ter man⁹ iponat ꝛ ſaluus eris. Qḋ dũ ↄpiſſꝫ facere nõ diſtulit
ꝛ illũ ĩfirmũ ↄtinuo dñs ſanũ ab eodẽ diſcedere fecit. Interea re
ticẽdũ mĩme ẽ: q cũ memorati ipederẽt hoſtes a ſãcto viro quo
qꝫ nr̃o ep̃o Thiabẽſis eccl'ie honorato lr̃is fuiſſe ↄſultũ: vtꝝ naꝫ
illis aduẽtãtib⁹ ex eccl'iis ep̃is ul' clericis r̃cedẽdũ eẽt: an nõ: hec
et reſcriptis ĩſinuaſſe. Quid magis ab illis romani euerſorib⁹ eẽ
metuẽdũ: quã ei⁹ ep̃lam huic ſcripture inſerere volui. Eſt eni ſa
cerdotũ dei ꝛ miſtroꝝ morib⁹ valde utilis ꝛ neceſſaria. Iſto mõ
reſcriptũ eſt ad eundẽ ab eodẽ. ¶ Sãcto fratri ꝛ coep̃o Hono
rato Aug⁹ i dño ſalutẽ. ¶ Charitati tue miſſo exẽplo ep̃le quã
quoduuldeo nr̃o ep̃o miſi. Putabã me h⁰ honore caruiſſe qḋ
mihi ipoſuiſti q̃rẽdo ↄſiliũ: qd in his p̃iculis q̃ tp̃a nr̃a inuenerũt
facere deatis: Quãuis eni ep̃lam illã breuiter ſcripſeri nihil in ea
tñ p̃termiſiſſe me arbitror qḋ et reſpõdẽti dicere ꝛ q̃rẽti audire
ſufficeret. Qñquidẽ dixi nec eos eẽ ꝓhibẽdos q ad loca (ſi poſ
ſunt) munita migrare deſiderãt: ꝛ miſterii nr̃i vincula qb⁹ nos chri
ſti charitas alligauit nec deſeram⁹ eccl'ias qb⁹ ſeruire dẽm⁹: nõ
eẽ erũpẽda. Iſta qppe v̓ba ſunt q̃ in illa ep̃la poſui. Reſtat ergo
inquaꝫ ut nos quoꝝ miſteriũ quãtulũcũqꝫ plebi dei: ubi ſum⁹ ma
nẽtes ita neceſſariũ ẽ: ut ſine hoc eam nõ oportꝫ remanere: dica
mus dño. Eſto nobis in deũ ꝓtectorẽ ꝛ in locũ munitũ. Sꝫ hoc
ↄſiliũ tibi ꝓpterea nõ ſufficit ut ſcribis ne contra dei p̃ceptuꝫ uel
exẽplũ facere nitamur: ubi fugiẽdũ eẽ de ciuitate in ciuitatẽ mo
net: recolimus eni v̓ba dicẽtis. Cũ aũt p̃ſequent̃ vos in ciuitate

 

iſta fugite in aliam. Quis autē credit ita in hoc dominū fieri vo
luiſſe: in neceſſario miſterio ſine quo viuere nequeūt: deſererent gre
ges quos ſuo ſanguīe ꝯparauit. Nūqd hoc fecit ipe qñ ſe portātibꝰ
in egipto pētibꝰ pūulus fugit: q nōdū eccl'ias ꝯgregauerat: quaſ
ab eo deſertas fuiſſe dicamꝰ? Nūqd qñ aplus Paulus ne illū
ꝯphenderet inimicus p feneſtrā in ſporta dimiſſus ē ⁊ effugit ma-
nꝰ eiꝰ. Deſerta ē q ibi erat eccl'ia neceſſario miſterio ⁊ nō ab aliis
ibidē fratbꝰ ꝯſtitutis qd oportebat īpletū ē. Eis quippe volētibus
hoc apl's fecerat ut ſeipm ſeruaret eccl'ie: quē ppē pſecutor ille q-
rebat. Faciāt ergo ſerui chriſti: miſtri v̄bi ⁊ ſacramēti eiꝰ qd pce-
pit ipe ſiue pmiſit. Fugiāt oīo de ciuitate in ciuitatē qñ eoꝝ qs
q̄ʒ ſpēaliť a pſecutoribꝰ q̄riť: ut ab aliis q nō ita requiranť nō deſe
rať eccl'ia: ſʒ pbeāt cibaria cū ſeruis ſuis quos aliť viuere nō poſſe
nouerūt. Cū aūt oīm id ē epoꝝ ⁊ clericoꝝ ac laicoꝝ ē cōe peri
culū: hi q aliis idigēt nō deſeranť ab his qbꝰ indigēt. Aut igiť
ad loca munita oēs trāſeāt aut q hñt remanēdi neceſſitatē nō relin
quanť ab eis p quos eoꝝ ē eccl'iaſtica ſupplēda neceſſitas: ut aut
pit viuāt aut pit ſufferāt qd eos pſfamilias vult pperi. Qd ſi cōti
gerit ut ſiue alii maius alii minꝰ ſiue oēs equaliť patianť q eorū
ſint q p aliis patiunť apparet. Illis .ſ. q cū ſe poſſint talibꝰ mal'
eripe fugiēdo ne alioꝝ neceſſitatē deſererēt: manere maluerūt: hic
maxīe pbať illa charitas: quā Johēs apl's ꝯmēdat dicēs. Si-
cut chriſtꝰ aīaʒ ſuā p nobis poſuit: ſic ⁊ nos dēmꝰ p fratbꝰ aīas
ponere. Nā q fugiūt vl' ſuis deuicti neceſſitatibꝰ fugere nō poſſūt
Si ꝯphēſi patianť p ſeipis nō p fratbꝰ utiqʒ patiunť. Qui vero
pptere patiunť qꝛ frēs q eis ad chriſtianā ſalutē indigebāt de-
ſerere noluerūt: ſine dubio ſuas aīas p fratbꝰ ponūt. Unde illō
coepm quēdā dixiſſe audiuimꝰ. Si dñs nobis īparauit fugā in eis
pſecutōibꝰ. Ubi pōt eē fructꝰ martyrii? Quāto magis dēmꝰ fu
gere ſteriles paſſiōes qñ ē barbaricꝰ ⁊ hoſtilis icurſus? Verū ē
qdē ⁊ acceptabile: ſʒ his quos eccl'iaſtici officii nō tenent vincula
Nā q clades hoſtiles ideo nō fugit cū poſſet effugere ne deſerat
miſteriū chriſti: ſine quo nō pñt homīes fieri vel viuere chriſtiani

maiorem charitatis inueniet fructū:q̄ꝫ qui non ꝓpter fratres ſe ꝓpter ſeipm fugiens atqꝫ ꝯphenſus non negat chriſtū:ſuſcipitqꝫ martyriū. Quid ē ergo qḋ in ep̄la tua priore poſuiſti: Dicis eni ſi in eccleſiis pſiſtendū eſt:quid ſimus nobis uł populo ꝓfuturi: non video niſi ut ante occulos nr̄os viri cadāt:fe̅ie ꝯſtuprenť:in cēdanť eccl̄ie:nos ipi tormentis deficiam⁹. Cum de nobis q̄riť qḋ non habem⁹:potens ē qdē deus audire p̄ces familie ſue:ꝛ hec q̄ formidanť auertere. Nec ideo tn̄ ꝓpter iſta q̄ incerta ſunt de bet eſſe nr̄i offitii certa deſertio: ſine quo eſt plebi certa pnicies. Non in reb⁹ vite hui⁹ ſꝫ alteri⁹ que incompabiliť diligenti⁹ ſolli citi⁹qꝫ curanda ē. Nam ſi certa eſſent iſta mala q̄ timenť ne i lo cis in qbus ſumus forte ꝯtingat p̄us inde fugerēt hoies propter quos ibi manendū ē:ꝛ nos a manendi neceſſitate liberos redde rēt. Non eni quiſq̄ꝫ eſt q dicat miſtros manere oportere ubi iam nō fuerint:quib⁹ neceſſe ſit miſtrare. Ita qdā ſancti epi ď hyſpa nia ꝓfugerunt.prius plebib⁹ ꝑtim fuga lapſis:ꝑtim ꝑēptis:ꝑtim obſidiōe ꝯſumptis:ꝑtim captiuitate diſpſis. Sꝫ multo plures illic manētib⁹ ꝓpť quos manerēt ſub eorūdē picloꝝ dēſitate māſe rūt. Et ſi aliq ďſeruerūt plebes ſuaſ:hoc ē qḋ dicim⁹ fieri nō de bere. Neqꝫ eni tales docti auctoritate diuīa ſꝫ hūana:uł errore ď cepti:vł timore ſunt deuicti. Cur enim ſibi putant indifferenť ob tempandū eē p̄cepto:ubi legunt de ciuitate in ciuitatē eē fugiēdū ꝛ mercenariū non exhorrent qui uidet lupum venientem ꝛ fugit quoniam nō eſt ei cura de ouibus. Cur nō iſtas duas dn̄icas ve raſqꝫ ſentētias:vnā.ſ.ubi fuga finiť aut iubeť alteraꝫ ubi arguiť ꝛ culpať. Sic intelligere ſtudēt:ut inter ſe reperianť nō eſſe cōtra rie ſicut non ſunt. Et hoc quomō reperiť niſi attendať qḋ iā ſu perius diſputaui. Tunc de locis in quib⁹ ſum⁹ premente perſecu tione fugiendum eſſe chriſti miniſtris. Quādo ibi aut plebs chri ſti non fuerit cui miniſtretur: aut poteſt impleri per alios neceſſa rium miniſterium:quibus eadem non eſt cauſa fugiendi : ſicut in ſporta ſubmiſſus quod ſupra commemoraui fugit apoſtulus:cum a perſecutore ipſe proprie quereretur. Aliis quidem neceſſitateꝫ

ſimilem non habẽtibus a quibus illic miniſterium debetur: abſit
ut deſeratur eccleſia ſicut fugit ſanctus Athanaſius Allexandri
nus epiſcopus: cum eum ſpecialiter apprehendere Conſtantius
Imperator cuperet: nequaq̄ꝫ a ceteris miſtris deſerta plebe ka
tholica: que in allexandria cōmanebat. Cum autem plebs ma-
net ⁊ miniſtri fugiunt miniſteriumqꝫ ſubtrahit᷑: quid erit: niſi mer
cenariorum illa fuga damnabilis quibus non eſt cura de ouibus
venit enim lupus: non homo: ſed diabolus: qui plerunqꝫ fideles
apoſtatas eſſe perſuaſit: quibus quottidianum miniſterium domi
nici corporis defuit ⁊ peribit infirmus in tua non ſcientia ſed ig-
norantia frater: propter quem chriſtus mortuus eſt. Quid autem
ad eos attinet qui in hac re non falluntur errore: ſed formidine ſu-
perantur. Quare non potius contra ſuum timorem dño miſeran
te atqꝫ iuuante fortiꝰ dimicāt ne mala ſine cōparatione grauiora
que multo ampliꝰ ſunt tremenda contingat. Fit hoc ubi charitas
dei flagrat: non ubi cupiditas mundi finiat. Charitas enim di-
cit. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Quis ſcandaliſatur ⁊
ego non uror? Sed charitas ex deo eſt. Oremus ergo ut ab illo
detur a quo iubetur: ⁊ per hanc magis timeamus ne oues chri-
ſti ſpirituali nequicie gladio necentur in corde quē ne ferro in cō
pore trucident᷑: niſi quādocūqꝫ quocūqꝫ mortis genere morituri
ſunt: magis timeamꝰ ne ſenſu interiore corrupto ꝑeat caſtitas: fi-
dei: quē ne feie violent᷑ ꝯſtuprent᷑ i carne. Qua violētia nō viola
tur pudicicia ſi mēte ſuat᷑: qm̄ nec in carne violat᷑ qn̄ volūtas pa
tiētis ſua turpit᷑ carne nō utit᷑ ſʒ ſine ꝯſenſione tolerat qđ ab aliis
opat᷑. Magꝭ timeamꝰ ne mēbra corpis xp̄i ꝯſtituta ſpiritali vi
ctu necēt᷑ q̄ʒ mēbra nr̄i corpis oppꝛ̄ſſa hoſtili ipetu torqueāt᷑. ma-
gꝭ timeamꝰ ne lapides viui extīguāt᷑ deſētibꝰ nobis: quē ne lapi
des ⁊ ligna ērenoꝝ edifitoꝝ incēdant᷑ pn̄tibꝰ nobis. Non q2 iſta
nō ſūt vitāda cū pn̄t: ſʒ q2 potiꝰ ferēda ſūt qn̄ vitari ſn̄ ipietate nō
pn̄t: niſi forte qſq̄ꝫ ꝯtēderit nō eē miſtꝝ impiuʒ qui tunc ſubtrahit
miniſterium pietati neceſſariuʒ quando magis eſt neceſſarium.
An non cogitamus cum ad iſtoꝝ ꝑiculoꝝ ꝑuenit᷑ extrema: nec

ē poteſtas ulla fugiēdi quātus in eccl'ia fieri ſolet ab utroqꝫ ſexu
atq; ab oī etate ꝯcurſus:aliis baptiſmū flagitātib⁹:aliis recōcilia
tionē:aliis etiā penitētie ipſius actōꝫ:oīb⁹ ꝯſolatōꝫ ⁊ ſacramētoꝝ
ꝯfectōꝫ ⁊ errogatōꝫ ubi ſi miniſtri deſint quātū exitiū ſequať eos
qui de iſto ſeculo uel non regenerati exeunt uel ligati. Quan/
tus eſt etiam uel luctus fidelium ſuorum qui eos ſecum in vite
eterne requie non habebunt. Qantus deniqꝫ gemit⁹ oīm ⁊ quo
rūdā quāta blaſphemia de abſentia miſterioꝝ:vide qd faciat ma
loꝝ tpalīū timor ⁊ quāta in eo ſit acqſitio maloꝝ etnoꝝ. Si aūt
miſtri adſint ꝑ uirib⁹ quas eis dn̄s ſubmiſtrat omib⁹ ſubueniť.
Alii baptiſanť:alii recōcilianť nulli dn̄ici corꝑi ꝯūione fraudan
tur. Om̄s ꝯſolanť edificanť:exhortanť ut deū rogēt q potēs eſt
oia q̄ timenť auertere pati ad utrūqꝫ:ut ſi nō pōt ab eis calix iſte
trāſire fiat volūtas eius q mali aliqđ nō pōt velle. Certe iā videſ
qđ te ſcripſeras nō videre. Quātū boni ꝯſequanť populi chriſti
ani ſi in p̄ntib⁹ malis nō eis deſit p̄ntia miniſtroꝝ chriſti. Quoꝝ
vides etiā quātū obſit abſentia dū ſua q̄rūt non q̄ ieſu chriſti:nec
hn̄t illā de q̄ dictū ē. Nō q̄rit q̄ ſua ſunt:nec imitanť eū q dixit.
Nō q̄rēs qđ mihi utile ē:ſꝫ qđ m̄ltis ut ſalui fiant. Qui etiā pſecu
toris principis illius inſidias nō fugiſſꝫ niſi ſe aliis qb⁹ neceſſa/
rius erat ſeruare voluiſſet propter quod ait. Compellor autem
ex duobus deſiderium habens diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto:mul/
to enim magis optimum: manere autem in carne neceſſarium
propter uos:hic fortaſſe quis dicat ideo debere dei miniſtros fu
gere talibus imminentibus malis ut ſe pro utilitate eccleſie tem
poribus tranquillioribus ſeruent:recte hoc fit a quibuſdam:quā/
do ſunt alii per quos ſuppleatur eccleſiaſticum miniſteriū ne ab
omnibus deſeratur. Quod feciſſe Athanaſium ſupra diximus.
Nam quantum neceſſarium fuerit eccleſie quantūqꝫ profuerit q
ille vir manſit in carne katholica fides nouit:que aduerſus Ar/
rianos hereticos ore illius ⁊ amore defenſa eſt. Sed quando ē
commune periculum magiſqꝫ timendum eſt ne quiſqꝫ id face/
re credatur:non conſulendi voluntate ſꝫ timore moriēdi. Ma/

giſq; fugiēdi obſit exēplo q̄ȝ viuēdi ꝓſit offitio:nullis rōne facien
dū ē. Deniq; ſanctus dauid ne ſeſe ꝯmitteret piculis ꝑlioꝝ ꝛ for
taſſis extigueret̄ ſicut ibi dictū ē:lucerna yſrahel a ſuis hoc petē
tib⁹ ſumpſit:nō ipſe hoc ꝑſumpſit. Aliogn multos imitatores fe
ciſſ; ignauie q eū crederēt hoc feciſſe:nō ꝯſideratōe vtilitatis ali
oꝝ:ſ; ſue ꝑturbatōe formidinis. Occurrit etiā alia queſtio quam
ꝯtēnere nō dēmus. Si eni hec utilitas negligēda nō ē ut aliq mi
niſtri ꝓpterea fugiāt iminēte aliqua vaſtitate ut ſuent̄ q miſtrēt
eis quos p⁹ illam cladē reſiduos potuerit iuenire. Quid fiet ubi
vident̄ oēs interituri niſi aliq fugiāt: Si eni hacten⁹ ſeuiat illa ꝑ
nicies ut ſolos miſtros eccl'ie ꝑſequant̄. Quid dicem⁹ an relinquē
da ē a miſtris fugiētib⁹ eccl'ia ne a moriētib⁹ miſerabili⁹ relinqua
tur: S; ſi laici nō q̄rent̄ ad mortē ꝑnt occultare quoquo⁹ ep̄os ꝛ
clericos ſuos:ſicut ille adiuuerit in c⁹ ptāte ſunt oīa q pōt ꝛ nō fu
giētes ꝑ mirabilē ꝯſuare potētiam:ſ; ideo q̄rim⁹ qd nos facere
dēam⁹ ne i oīb⁹ expectādo diuīa miracula tēptaꝛ̄ dn̄ȝ iudicemur
Non quidem talis eſt iſta tempeſtas:quando laicorum ꝛ clerico
rum ē cōmune periculum. Sicut in naui vna cōmune periculū eſt
mercatoꝝ atq; nautaꝝ:verum abſit ut tanti pendenda ſit hec na
uis noſtra ut debeant eam naute: ꝛ maxime gubernator peri-
clitātē deſerere:etiā ſi i ſcaphā trāſiliēdo vl' etiā natando poſſint
effugere. Quib⁹ eni metuim⁹ ne nr̄a deſertōe peāt:ne tꝑalē mor
tē q̄ qn̄q; vētura ē:ſ; etnā q̄ pōt ſi nō caueat̄ uenire:ꝛ pōt ſi caue
at̄ etiā nō venire metuim⁹. In coīi aūt piculo vite hui⁹ cur exi
ſtimam⁹ vbicūq; fuerit hoſtilis icurſus oēs clericos necnō ꝛ oēs
laicos eſſe morituroſ ut ſil' finiāt hāc vitā:cui ſunt clerici neceſſa-
rii. Aut cur nō ſperem⁹ ſicut aliquos laicos:ſic etiā clericos i mā
ſurus a qb⁹ eis neceſſariū miſteriū valeat exhiberi: quāq̄ȝ o ſi i
ter dei miſtros ide ſit diſceptatio q eoꝝ maneāt ne fuga oim fiat
ꝛ q eos fugiāt ne morte oim deſerant̄ eccl'ie. Tale ꝗppe certa-
mē erit int̄ eos ubi utque ferueāt charitate:ubique utrique pla-
ceāt charitati. Que diſceptatio (ſi aliter non potuerit terminari)
quantum mihi videt̄ qui maneant ꝛ qui fugiāt forte elligēdi ſunt

Qui enim dixerunt ſe potius fugere debere aut timidi videbuntur: quia imminens malum ſuſtinere noluerunt aut arrogantes: quia ſe magis quam ſeruandi eſſent neceſſarias eccleſie iudicarunt. Deinde fortaſſis hi qui meliores ſunt elligant pro fratribus animas ponere et hii ſeruabuntur fugiendo quorum eſt minus utilis vita: quia minor conſulendi et gubernandi peritia: qui tamen ſi pie ſapiunt contradicent eis quos vident et viuere potius oportere et magis mori malle quam fugere: Ideo ſic ſcriptum eſt. Contradictiones ſedat ſorticio: et inter potentes diffinit. Melius enim deus de huiuſmodi ambagibus quam homines iudicant: ſiue dignetur ad paſſionis fructum vocare meliores et parcere infirmis: ſiue iſtos facere ad mala perferenda fortiores: aut huic vite ſubtrahere quorum non poteſt eccleſie dei tantum quantum illorum vita prodeſſe. Res quidem fiet minus uſitata: ſi fiet iſta ſortitio: ſed ſi facta fuerit: quis eam reprehendere audebit? Quis non eam niſi imperitus aut inuidus congrua predicatione laudabit? Quod ſi non placet facere cuius facti non occurrerit exemplum nullius fuga faciet: ut eccleſie miniſterium maxime in tantis periculis neceſſarium ac debitum deſit. Nemo accipiet perſonam ſuam ut ſi aliqua gratia videtur excellere: ideo ſe dicat vita et ob hoc fuga eſſe digniorem. Quiſquis enim hoc putat nimium ſibi placet. Quiſquis autem et hoc dicit omnibus diſplicet. Sunt ſane qui arbitrantur epiſcopos et clericos non fugientes in talibus periculis ſed manentes facere ut plebes decipiantur: cum ideo non fugiunt quia manere ſibi prepoſitos cernunt. Sed facile eſt hanc reprehenſionem uel inuidiam deuitare alloquendo eaſdem plebes atque dicendo non vos decipiat quod de loco iſto non fugiamus. Non enim propter nos ſed propter uos hic potius manemus: ne uobis non miniſtremus. Quicquid ſaluti veſtre que in chriſto eſt nouimus neceſſarium. Si ergo fugere volueritis et nos ab iſtis quibus tenemur vinculis ſolueritis quod tunc puto eſſe dicendum quando vere videtur utile eſſe ad loca tutiora migrare. Quo audito ſi uel omnes uel aliqui dixerint in illius poteſtate ſumus cuius iram nullus quocumque vadit euadit: et cuius miſericordiam ubicumque ſit poteſt inuenire: qui nuſquam vult ire ſiue certis neceſſitatibus impeditus ſiue laborare nolens ad incerta ſuffugia et non ad finienda. ſed ad mutanda pericula proculdubio iſti deſerendi non ſunt miniſterio chriſtiano.

Si autem h° audito abire maluerint: nec illis manendū eſt qui
ꝓpt illos mãebãt. Quia ibi iã nõ ſunt: ꝓpt quos manere adhuc
dẽant. Quicũqꝫ igit̃ iſto mõ fugit ut eccl'ie neceſſariũ miniſteriũ
illo fugiẽte non deſit faciat qđ dñs p̃cepit ſiue ꝓmiſit. Qui autẽ
ſic fugit: ut gregi chriſti ea qb⁹ ſpũalit̃ viuit alimenta ſubtrahant̃.
Mercenari⁹ ille ẽ: q videt lupũ veniẽtẽ ⁊ fugit. qm̃ nõ ẽ ei cura
de ouib⁹: hec tibi q̃ a me cõſuluiſti frat̃ dilectiſſime q̃ exiſtimaui
veritate ⁊ certa charitate reſcripſi: ſꝫ ne meliorẽ ſi inueneris ſeq-
ris ſẽtẽtiaꝫ nõ pſcripſi. Meli⁹ tñ q in his p̄iculis faciam⁹ inueire
nõ poſſum⁹ q̃ꝫ orõeꝫ ad dñm deũ nřm ut miſereat̃ nři. Qđ ipm
ut. ſ. dei eccleſias nõ deſererẽt: dei dono nõnulli prudẽtes ⁊ ſancti
viri: ⁊ velle ⁊ facere meruerũt: ⁊ int̃ dẽtes abſtractãtiũ a ſui ꝓpo
ſiti intẽtõe mĩme defecerũt. ¶ Sane ille ſanct⁹ in vita ſua ꝓlixa
ꝓ utilitate ac felicitate ſancte eccl'ie katholice diuinit⁹ cõdonata:
vixit ãnis. 76. in clericatu aũt uł epatu ãnis ferme. 40. ⁊ dicere
nobis int̃ familiaria colloqa ꝯſueuerat p⁹ p̃ceptũ: baptiſmũ etiaꝫ
laudatos chriſtianos ⁊ ſacerdotes abſqꝫ digna ⁊ ꝯpetenti pẽitẽ
tia exire de corpore non dẽre: qđ etiã ipſe fecit ult'a q̃ ꝯfunct⁹ ẽ
egritudie. Nã ſibi iuſſerat pſalmos dauidicos q ſũt pauciſſimi đ
penitentia ſcribi: ipſoſqꝫ quaterniones iacens in lecto contra pa-
rietem poſitos diebus ſue infirmitatis intuebatur ⁊ legebat: ⁊ in
giter ac ubertim flebat. Et ne intentio eius a quoq̃ꝫ impediret̃
ante dies ferme decem q̃ꝫ exiret de corpore nobis poſtulauit p̃
ſentibus ne quis ad eum ingrederetur niſi his tantum horis qui
bus medici ad inſpiciendum intrabant: vel cum ei inferretur re-
fectio. Et ita obſeruatum ⁊ factum eſt: ut omni illo tempore ora
tioni uacabat verbum dei uſqꝫ ad ipſum ſuam extremam egritu
dinem impretermiſſe alacriter ⁊ fortiter ſana fide: ſanoqꝫ conſilio
in eccleſia predicauit. Membris omnibus ſui corporis incolũis
integro aſpectu atqꝫ auditu: nobis autem coram aſtantibus ⁊ vi-
dentibus ac cum eo pariter orantibus dormiuit in pace enutrit⁹
in bona ſenectute: ⁊ nobis etiam pro eius commẽdanda corpo-
ris depoſitione ſacrificium deo oblatum eſt ⁊ ſepultus eſt ⁊c.

Teſtamentū nullū fecit:q2 vnde faceret paup̄ chriſti nō habuit
eccl'ie bibliothecā ꝛ oēs codices diligent̄ poſteris cuſtodiēdos ſē
per iubebat. Si qd v̄o eccl'ia ul' in ſumptibꝰ ul' in ornamētis hūit
fidei pbr̄i q ſub eodē domꝰ eccl'ie curā gerebat dimiſit:nec ſuos
ꝯſanguineos ul' in ꝓpoſito ul' ex ꝯſtitutos in ſua vita ꝛ morte vul
gi more tractauit:qbꝰ dū adhuc ſupeſſet id ſi opus fuit qd ꝛ cete
ris errogauit nō ut diuicias hr̄ent ſed ut aliqd nō aut minꝰ ege
rēt:cleꝝ ſufficiētiſſimū ꝛ memoria viroꝝ ac feiaꝝ ꝑtinētiū cū ſuis
ꝑpoſitis plene eccleſie dimiſit una cū bibliothecis libros ꝛ tracta
tus ul' ſuos uel alioꝝ ſanctoꝝ hn̄tibꝰ in qbꝰ dono dei qualis quā
tuſq3 in eccl'a fuerit noſcit' ꝛ in his ſemp̄ viuere a fidelibꝰ īueit'.
Quidā poeta ſuis iubēs quo ſibi tumulū mortuo in aggere publi
co collocarēt pro epigrāmate fixit dicens.

Uiuere poſt obitum vatem uis noſſe uiator
Quod legis ecce loquor uox tua nempe mea eſt.

Et in ſuis qdē ſcriptis ille deo acceptus ꝛ charꝰ ſacerdos q̄tuȝ
lucēte v̄itate videre ꝯcedit':recte ac ſane fidei ſpei ꝛ charitati ka
tholice eccl'ie vixiſſe maifeſtat':atq3 cū de diuis ſcribētē legentes
ꝓficiūt. S3 ego arbitror plus ex eo ꝓficere potuiſſe q eū ꝛ loqn
tē in eccl'ia p̄ntē audir' ꝛ videre meruerūt ꝛ potuerūt:ꝛ eiꝰ p̄ſtim
int' hoīes ꝯuerſatōꝫ nō ignorauerūt. Erat eni nō ſolū eruditꝰ ſcri
ba in regno celoꝝ d̄ theſauro ſuo ꝓferēs noua ꝛ vetera:ꝛ unus
negociatoꝝ q inuēta p̄cioſa margarita q̄ hēbat uenditis ꝯpauit.
Uiꝝ etiā ex his ad quos ſcriptū ē. Sic loqmi:ꝛ ſic facite:ꝛ d̄ q
bꝰ ſaluator dic':Qui fecerit ꝛ docuerit ſic hoīes magnꝰ vocabit'
in regno celoꝝ. Peto aūt vr̄aȝ impēdio charitatē q hec ſcripta
legitis:ut mecū oīpotēti deo gr̄as agatis: dn̄mq3 bn̄dicatis q tri
buit mihi intellectū:ut hec in noticiā p̄ntiū ꝛ abſentiū:p̄ntis tp̄is
ꝛ futuri hoīm ꝛ ut uellē differr' ꝛ ualuiſſē. Et mecū ac ꝓ me ore
tis ut illius quōdam uiri cū quo ānis ferme. 40. dei dono abſq3
amara ulla diſſenſione faīliariter ac dulcit' vixi. Ut in hoc ſeculo
emulator ꝛ imitator exiſtā ꝛ in futuro oīpotentis dei ꝓmiſſis cū
eodem perfruar. Amen. Finis.

Euſebij Conradi Mediolanenſis
Canonici regularis congregationis
Lateranenſis. Ad Sixtum quartum
Pontificẽ Maximũ ⁊ ad Reuerẽ
diſſimũ. D. M. patriarchã Aquile-
giẽſeꝫ. Cardinalẽ. ⁊ ſãcti Marci ꝓte
ctorẽ: ⁊ ceteros Cardinales. Anno-
tatio breuiſſima in errorẽ ſcribentiũ ſan
ctũ Auguſtinũ fuiſſe Heremitam.

IN pauca conferam pater beatiſſime ac reuerendiſſimi principes Cardinales chriſtiani orbis dñi colẽdiſſimi que duobus in libris comperi falſis ãbagibus nugiſqꝫ ꝓfuſa longiſſimis: ut nõ tam apoſtolice diligentie die noctuqꝫ ſuper cõmiſſo ſibi fideliũ grege vigilanti: q̃ȝ etiam uobis non in ꝑtem ſollicitudinis ſꝫ in plenitudinem adiutorii miniſtrande totius poteſtatis aduocatis: ⁊ ideo quãuis negocioſiſſimis: liceat tamẽ ⁊ libeat perlegere ⁊ iudicare mendacia: falſitates ⁊ maledicta: q̃ moribus ⁊ fidei ſunt inimica chriſtianis: Paſtores eſtis omnes ſub vno vero chriſto paſtore. Grex chriſti a vobis ſine canibꝰ tuto cuſtodiri nõ poteſt. Catellus veſter ego ſum iam p̄dẽ predicatõnis ſꝫ nõ prelatõnis vocatus offitio. Aſſiſto pedibus veſtris vobis quieſcẽtibus dormitare nõ debeo: imo vigil ac ſagax nõ latrare nõ poſſum cũ videri duos (nõ dicã edos) ſꝫ arietes a ſiniſtris veſtris ſtãtes ⁊ aduerſus oues inſurgere: que a dextris ſunt uobis poſite: ⁊ cornua ꝓducẽtes ⁊ vngulas. Cornua ſeptem ut trucident rectos corde: ⁊ vngulas ut terram fodiant: quaſqꝫ cornibus impetere non poterunt uel puluere ꝑuerſi dogmatis: illaꝝ poſſint occulos obdurare ne videant quo vadant: ⁊ in tenebras quo noluerint ſeducant. Clamabo igit̃ imo ut ſagax catellus veſter latrare non deſinã quoad rauce fiant fauces mee in deo ſperantes: ut paſtores euigilent: ⁊ cornua iſta ſeptem videant: q̃ ſunt ſeptem concluſiones: quas duo arietes iſti in inuolucris duoꝝ ꝓ

ducere librorum. Clamabo uſqꝫ quo ſpiritus membra tenebit ut exterrita ⁊ perterrita neruorum iſtorum cornua edorum immo arietum precidant̃ ne chriſtianarum ouium ſimplicitas impetat̃: ne grex chriſti reliquũ exterreat̃. ne effoſſe t̃re puluere veluti perſis ſcripture ſancte int̃pretationibus oberrate oues diſperiãt ⁊ diſſipent̃: quo ue noluerint abducant̃: paſcuaqꝫ venenata doctrine percipiant. Ego ſane ut catulus leonis acerrimus euigilatis vobis ſi ꝑductus fuero non tam latratibꝰ infeſtos ouibꝰ hoſtes p̃monſtrabo ſed etiam dentibus inimicorum gregis chriſti cornua petam: admotiſqꝫ malliis meis: illorum cornua ſeu cõcluſiones a veritate alienas feſtinato demoliar: ſanctorum auctoritatibꝰ ⁊ rõnibus fretus: veſtraqꝫ preſtantia ⁊ poteſtate munitus. ¶ Premõſtrabo igit̃ primo cornua iſta que ſunt concluſiones ſeptem chriſtiane veritati ꝯtrarie: quas frater Paulus Bergomenſis ordinis heremitarũ in ſuo libello deſcripſit: quaſqꝫ frater ambroſius eiuſdeꝫ ordinis generalis in ſepte͂ reduxit in ſcriptis: ⁊ illas imitat̃ ⁊ p̃dicat. Quas ego etiam veritates ſeptem appellabo per antiphraſim: ꝓpterea qȯ in illis nihil veritatis comperi poteſt. Hõ est quod falſiſſimũ ⁊ nequiſſimũ magis hac doctrina dici rectius ⁊ verius poſſꝫ: ſicuti in ſequentibus apperebit. Premonſtratis cõcluſionibus iſtis quia in principio libri ſui: generalis breues fecit: eas dilatabo v̄bis: tame͂ ſuis aſſignatis locis: ubi dilatant̃ in libro ſuo. Deinde ſubiciam paucis v̄bis noſtris rõnes: quibus clarius falſa ab omnibus etiam l̃ras negligẽtibus cum audierint compendioſe cognoſci queant: quoniam in libello noſtro reſpõſali ad omnia ⁊ ſingula fere v̄ba diffuſo eſt ſermone reſponſum atqꝫ clariſſime ꝓbatum oĩa eorũ dicta vel friuola uel falſiſſima eſſe: ⁊ oĩno veritate carere. Sanctitatem igit̃ veſtram pater beatiſſime: ac reuere͂diſſimorum principum Cardinaliũ dignitatem oratum velim quo dignent̃ intelligere quam arenoſum fundamentum ruinam: minus: auctores erroris iſtius duo predicti in doctrina reipublice chriſtiane ꝓiecerit: quaſqꝫ hinc ſtipulas ſuperedificare conati ſint: que in conſpectu facilis vẽti ſane doctrine ⁊ katholice veritatis ſtare

non poterunt:ſed ignem comburentem vnde quaqȝ videntur ex
petere:quem nemo pater beatiſſime niſi tuo iuſſu illorum operi
bus (ut dignū ē) poterit admouere:nec niſi iniq̄ poterit ibibere
Concluſiones falſiſſime per antiphraſim veritates appellate: in
libro generalis heremitarum poſite he ſunt que ſequuntur.
¶ Prima veritas. Sanctus Auguſtinus doctor eccleſie ⁊ hy
ponenſis antiſtes vere fuit heremita indutus nigra cuculla:⁊ cin
ctus linea pellicia. ¶ Contra. Iſta concluſio fratris Ambro
ſii generalis heremitarum eſt falſiſſima:ex eo q̄ habet tres par
tes principales omnino falſas. Prima pars falſa eſt:q̄ Aug⁹
fuerit vere heremita ut ſcribit iſte frater ambroſius in libro ſuo i
pluribus locis ut in folio.7.⁊ linea.21.⁊ in folio.8.linea.25.⁊
in folio.12.linea.22.⁊ in folio.81.linea.xi. Et ꝓbat̄ falſa. Pri
mo ex loco:quia vere heremita non eſt ubi non eſt heremus:ſi
cut mediolani nō erat:i quo loco dicit̄ Aug⁹ fuiſſe heremita p̄ᵒ.
¶ Scdō ꝓbat̄ falſa ex tempore etatis Auguſtini ut in ſequenti
parte ſecunda huius prime concluſionis apparebit.
¶ Tertio probatur falſa ex ſcriptura quia non legitur q̄ Au
guſtinus fuerit heremita:niſi in ſermonibus ad heremitas falſis
⁊ mendacibus ⁊ falſo attributis Auguſtino.
¶ Secunda pars prime concluſionis principalis falſa eſt q̄ Au
guſtinus fuit baptizatus:anno etatis ſue.30. Habetur dillatatio
iſtius cōcluſionis in libro generalis.in folio.12.linea.22.⁊ in 2ᵒ.
volumine vel parte illius libri:in folio.8.linea.24.⁊ in folio.81.
linea.10. Et iſta concluſionis pars falſa eſt contra doctrinam ka
tholicam Auguſtini in libro ſoliloquiorum ⁊ in libro de achade
micis ubi legit̄ q̄ anno.33.etatis ſue erat kathecuminus in villa
⁊ in agro mediolanenſi ubi plura ſcripſit.
¶ Tercia pars concluſionis prime eſt:q̄ cum Auguſtinus bap
tizaret̄:indutus fuit nigra cuculla ⁊ cinctus zona pellicea ad diffe
rentiam monachorum.⁊ iſta pars concluſionis ſcribitur in ſecūda
parte libri generalis in folio.86.linea.24.⁊ dicit̄ q̄ ſanctus am
broſius dedit illi habitū Pauli primi heremite:⁊ hoc etiā ha

betur in ſermonibus ad heremitas in ſermone intitulato de filio pdigo:in folio.81.linea.10.Et iſta tercia pars prime concluſionis eſt falſa ꝛ contra katholicam eccleſie doctrinam ꝛ conſuetudinem approbatam qua antiquitus veſtiebant baptiſati:albis ꝛ nō nigris veſtibus:vt ſibi Ambroſius:Auguſtinꝰ.Rabanus ꝛ alii multi ſancti ꝛ doctores dixerunt ꝛ ſcripſerunt.Et ideo dicebat illud temporis ꝛ dicit.Sabatum in albis.Nec legit ꝙ habitus pauli pmi heremite fuerit nigra cuculla:ſed tunica foliis palmaruꝫ intexta:ꝛ collobium:ut in vita eius habetur:ꝛ.19.q.3.c.perlatū.§.econtra.Et hec omnia diffuſe in libello noſtro reſponſali aduerſus librum generalis heremitarum reprobata ſunt:ꝛ ad litteram punctatum falſiſſima demonſtrata.

¶Ex iſta prima concluſione in ſuis tribus partibus falſa ꝛ reprobata ſequunt quaſi Correlarie multe alie cōcluſiones in libro generalis poſite que ſunt falſe:ex quibus alique ponent exempli cauſa:ut ab oibꝰ breuit cognoſcant:cetera ꝛ ꝗꝫplura in libro dicto:peruerſa ꝛ falſa doctrina reſperſa:in quo allegat.Sermones Auguſtini de moribus ꝛ vita clericorum ꝛ vitam eius quā ſcripſit ſanctus Poſſidius kalamenſis epiſcopus:ꝛ alias ſcripturas quas corrupit adiciendo verba.ꝛ imutando ꝛ demendo ꝛ truncando pluſqꝫ in.25.locis:ut ſuas iſtas concluſiones falſas probare facilius per alia fuſata poſſet:ꝛ ſunt iſte que ſequuntur.

¶Prima concluſio que falſa educitur de prima eſt Auguſtinus fecit vnam regulam heremitis anno etatis ſue.31.Sub anno domini.408.ut habetur in libro generalis in folio.xi.linea.5.et linea.32.Aliam etiam regulam quam dicunt ſecundā edidit heremitis anno.32.etatis ſue.in anno domini.410.ut habet in folio.xi.linea.13.ꝛ in folio.62.linea prima.¶Iſta cōcluſio eſt falſa ꝛ impoſſibilis.Falſa quia Auguſtinus erat chatecuminus anno etatis ſue.33.ut dictum eſt in ſecunda parte prime concluſiōis Impoſſibilis ē quia ſi āno domini.408.erat annorum.31.in anno domini.410.eſſe non poſſet annorum trigintaduorum:ut patet:ſed trigintatrium

¶ Alia concluſio ex iſta ſequitur. Q illę ſcripture que ſunt ſermones ad heremitas ꝛ ep̄la Sigiſberti: ꝛ ſique alie ſunt que dicant Auguſtinum feciſſe duas regulas: eo tempore ꝛ eo loco: ꝛ eo ãno domini dictis ſupra: Ille ſcripture ſunt falſe: ꝛ ideo nec in ceteris que dicunt fides danda eſt: ſꝫ ut mẽdatia ſunt reſpuẽda. Sequit̄ etiam aliunde ꝙ dicta concluſio de duabus regulis: ſiue in monte piſano: ſiue in centũ cellis ſiue alibi datis ſicut habet̄ in folio. 61. ꝛ in folio. xi. linea. 5. ꝛ linea. 13. eſt falſa. Non ſolum rõne temporis Auguſtini ꝛ annorum natiuitatis domini. Sed rõe loci. Nam anno domini. 408. non erat Auguſtinus in monte piſano: nec in centũ cellis: ſed in affrica ꝛ non iuuenis. 32. annorum ſꝫ iam epiſcopus: quia libros de ciuitate ſcribebat anno natiuitatis chriſti. 398. ut colligit̄ ex libro. 18. de ciuitate dei capitulo vltimo

¶ Sequit̄ etiam ꝙ concluſio illa qua dicit̄ ꝙ Auguſtin⁹ erat annorum. 30. quando venit mediolanum ꝛ ꝙ filius ei⁹ erat annorum octo eſt falſa: pro iſta ſecunda parte: ut habetur in epiſtola cuiuſdam Sigiſberti: repoſita in libro generalis ꝛ alligata in folio. 85. linea. 19. Et eſt contra katholicam veritatem ꝛ aſſertionẽ Auguſtini in libro confeſſionum: quia quando Auguſtinus baptizatur: ꝛ filius eius baptizatur cum patre: erat annorum ferme. 15 ex quo ſequeret̄ ꝙ Auguſtinus ſtetiſſet mediolani annos ſeptẽ ꝛ tamen quando receſſit a mediolano remeãs ad affricam: non erat niſi annorum. 33 ut ex libro confeſſionum habetur. Adde ꝙ in libro ſupradicto in folio. 85. linea ꝛ in ſecunda parte libri ſupradicti generalis in folio. 9. ꝛ linea. 10. habet̄ ꝙ baptizatus ſtetit cum ſancto ſimpliciano mediolani circa annum vnum cum dimidio. ꝛ ideo habuiſſet Auguſtin⁹ quando receſſit a mediolano annos 38. cum dimidio ꝛ quia oĩa iſta falſa ſunt. ideo nihil in tali epiſtola fidedignum debet haberi: nec de heremo nec de ſocietate heremitaꝝ neque de victu aut veſtitu aut quauis alia re dicat̄

¶ Sequitur ex dictis alia concluſio falſa: qua introducitur Auguſtinus in ſermonibus ad heremitas falſo illi attributis. In eo ſermone qui intitulatur de aſſumptione beatiſſime virginis ma-

rie in folio.70.ubi dicit de ſe loquens. Triginta annis ⁊ amplꝰ
computrui in ſtercoribus peccatorum meoꝝ. Si anno.30.ē bap
tizatus ⁊ poſtea computruit in ſtercore ergo in luxuriaꝫ relapſus
eſt poſt baptiſmum: quod eſt contra veritatem . Et in hoc de
ſipit ⁊ contrariatꝛ ſibi ipſi frater ambroſius.dicens in ſecunda pꝛ
te libri in folio.12.linea.16.⁊.18.ꝙ poſt baptiſmum nunq̃ʒ uſus ē:
ocioſo verbo: quomodo ergo potuit recidiuiſſe in luxuriam qui
non eſt otioſo verbo uſus:⁊ quo potuit pernicioſo opere ruere:
Taceo multa alia ne modum excedam promiſſi compendii.

¶ Secunda veritas. Augꝰ doctor eccleſie fuit verus inſtitutor ⁊
fundator ordis q dicitꝛ ordo hꝛmitaꝝ ſancti auguſtini: ⁊ verꝰ fra
ter eiuſdē ordis.

¶ Contra. Iſta concluſio eſt falſa.quia Auguſtinus non in
ſtituit heremitas niſi ꝑ aliquā regulā:nō ꝑ ꝑmā regulā:neqꝫ per
ſcdāꝫ inſtituit:quas nō fecit ut dictū eſt ⁊ probatū in ſcda ꝑte pꝛie
ꝯcluſiōis:⁊ in ſecūda ꝯcluſiōe que correlarie ſeqꝛ ex ꝑma: Et ſi
feciſſꝫ illas regulas:eēnt regule cathecumini:⁊ iſtitute a cathecu
mio:qd ē falſūꝫ ⁊ ipoſſibile:ſtantibꝰ veris dictis ꝯcluſiōibꝰ:ut pa
tet ex ſequētibꝰ:⁊ ſi nō ſunt iſtituti heremite ꝑ regulas dictas nec
etiā ſunt inſtituti ꝑ t̄ciā regulā quā nō inuenis.32 ānoꝝ nec in pi
ſano mōte nec alibi:ſꝫ in hypone ꝯſtitutꝰ ſenex edidit eps cleri
cis:nec ꝑ ſmōes duos alios d moribꝰ ⁊ vita clericoꝝ quos ſenex
ſedēdo in hypone docebat:etiā anteq̃ʒ ſmonē faceret d vita cle
ricoꝝ illū quē dicimꝰ regulā ſeu ſpeculū (ſicut ipe noiauit) ergo
ſi nō ꝑ ꝑmā neqꝫ ſcdaꝫ neqꝫ t̄ciā ſūt iſtituti: neqꝫ ꝑ aliā ſcripturā
q̄ appereat ⁊ ſit autētica igitꝛ ꝑ nullā. Adde ꝙ ſmōes.3:in qbuſ
regula ꝯputatꝛ:intitulātꝛ d moribꝰ ⁊ vita clericoꝝ:⁊ nō heremita
rū: quaꝝ ꝑtes deciſe habentꝛ in decreto in multis locis intitulatiſ
Augꝰ de vita clericoꝝ. Adde ꝙ Rome laicꝰ libꝝ d libero ar
bitrio cepit.quē in hypone preſbyꝛ ē ꝑfecit:ut in libro habetꝛ d bo
no pſeuerātie:⁊ pꝰ retractationum capitulo nono.

¶ Tertia veritas. Fratres ordinis heremitaꝝ ſancti Auguſti
ni ſoli vere ſunt fratres ſancti Auguſtini. Non obſtante ꝙ multi

alii imitentur regulam eius. Et ordo iſte preceſſit omnes alios ordines preter ordinem ſancti Baſilii.

¶ Contra. Iſta concluſio eſt falſa ut patet ex dictis: quia non ſunt inſtituti ab eo non ſunt dicendi proprie eius ⁊ eſt contra determinationem katholicam ⁊ communem opinionem totius eccleſie katholice: que preponit inter non mendicantes: poſt ſanctum Baſilium canonicos regulares ⁊ int mendicātes ponit primos fratres ⁊ ordinē ſancti Dominici ⁊ poſtea ſancti frācisci.

¶ Quarta veritas. Sanctus Auguſtinus dū viueret plures conuentus de ſuo ordine fratrum heremitarum fundauit: ⁊ in illis ꝑ plures annos habitauit ⁊ multos fratres in illis congregauit.

¶ Contra. Iſta etiam falſa eſt: ut ex prima concluſione ⁊ ex ſequentibus ad illam deductū eſt: nec Auguſtinus edificauit niſi duo loca. In orto primū. In epiſcopio ſecundū. Nec curabat implicare animū in edificando nec habitauit plures nec paucos annos in monaſteriis niſi in hypone ⁊ in locis dictis.

¶ Quinta veritas. Nos canonici aſſerti regulares qui nūc vaditis cum rocheto ſine camiſia ⁊ capas nigras ſicut fratres p̄dicatores non fuiſtis inſtituti a ſancto Auguſtino licet eius regulam imitemini. Nec unq̄ Auguſtinus fuit canonicus regularis quamuis fuerit epiſcopus.

¶ Contra. Iſta concluſio eſt falſa. reprobata in noſtro libello reſponſali diffuſe. Contra librum generalis heremitarum ad litteram reprobatum. Ubi conſtat rationibus ⁊ ſanctorum auttoritatibus. Q̄ omnes clerici regulariter uiuentes ſecundum primam inſtitutionem apoſtolicam: ex inſtitutionibus ſancti Auguſtini rememoratam ⁊ ad priſtinum ſtatum reuocatam ſunt dicti canonici ſeu clerici regulares. Et q̄ ſanctus Auguſtinus fuerit canoic⁹ ſeu clericus regularis viuens more apoſtolico ⁊ habitu clericali profeſſus etiam voto clericatum ⁊ vitam apoſtolicam probatum eſt ex ſermonibus tribus: de moribus ⁊ vita clericorum. Et ex vita eius quam ſanctus poſſidius ſcripſit kalamenſis epiſcopus.

¶ Sexta veritas eſt: ordo fratrum heremitarũ ſancti Auguſti-
ni eſt ſere approbatus ⁊ ꝯfirmatus etiã anteq̃ȝ aliquis alius or-
do mendicantium. preter ordinem ſancti baſilii. ¶ Con
tra iſta concluſio eſt falſa : quia quod non eſt approbari non põt:
tempore autem Auguſtini ut ſatis ſupra dictum ⁊ probatum eſt
Ordo heremitarum inſtitutus ab Auguſtino non fuit ergo nõ
potuit approbari:ut patet in ſecunda parte prime concluſionis:
Et in his que correlarie deducte ſunt ex prima: eſt iſta conclu-
ſio ut dictum eſt contra tertiam veritatem:non ſolum falſa ſȝ he-
retica:quia contra cõmunem opinionem ⁊ determinationem ec
cleſie que ponit primos inter mendicantes: fratres predicatores
deinde minores ⁊c.

¶ Septima Veritas eſt. Sermones qui intitulantur ſancti
Auguſtini ad heremitas vere ſunt compoſiti a beato auguſtino
¶ Contra iſta concluſio eſt falſa contra doctrinam katholicam
Nam ſi eſſent ſancti Auguſtini contradicerent ſibi:in eo qđ dici
tur in ſermõe ad heremitas qui intitulatur ſpecialiter: de filio ꝓ-
digo:ꝙ fuit baptizatus anno.30.etatis ſue Auguſtinus. Et ideȝ
facit dicere ſanctũ ãbroſiũ in quodã ſmone de baptiſmo falſo illi
attributo: ⁊ in ſmone ad heremitas:ĩ cena dñi replicat ꝙ fuit i-
dutꝰ nigro habitu a ſctõ ãbroſio. ⁊ ſic ꝑclari duo iſti ſancti docto
res eccľie nõ ſolũ inicẽt:ſȝ ꝯſe ipos mẽtirentur:qꝛ ut dictũ ẽ augꝰ ca
thecuminꝰ erat ãno etatis ſue.33. Sũt ꝑter dicta in illis ſmoibus
alia plura mendacia ⁊ falſitates partim reprobata in noſtro libro
reſpõſali ad libꝝ frĩs ambroſii coriolani generalis heremitarꝝ:ꝑ
tim reprobãda ſed alio opuſculo:ſi vita comes fuerit:ut non tam
falſa dogmata mentibus fidelium ⁊ ſimplicium hominum inſerã
tur aut ſi inſerta fuerit extirpentur.

¶ Adde ꝙ ſunt preter iſtas ſepteȝ cõcluſiões alia dicta in libris
frĩs ãbroſii ſupra dicti: ⁊ frĩs pauli bergomẽſ eiuſdẽ ordis hemi-
tarum. Sparſa non minus quadraginta ꝑtim apocripha:partim
ꝯ clericos ſeculares ⁊ regulares ⁊ religioſos alios obprobrioſa
⁊ falſa:partim ſcandaloſa ⁊ in malum exemplum chriſti fidelibus

⁊ ex q̄zpluribus falſis vnuz dictuz inter cetera falſa hic pono ex
empli cauſa:ut cetera intelligantur etiam falſa: Dicit frater Am
broſius in ſecunda parte libri ſui:in ſecundo folio:⁊ in.14. Q ſā
ctus Auguſtinus natus eſt idibus decembris anno domini. 377
Vixit autem annis.76. Moritur autem anno domini. 436.
Iſta concluſio eſt falſa ⁊ impoſſibilis. Falſa eſt:quia natus eſt
idibus Nouembris ⁊ non decembris ita habetur in libro ſuo de
beata vita. Eſt impoſſibilis. Nam ſi nato in anno domini.377.
addatur vita annorum.76.neceſſe eſt q̄ Auguſtinus vixerit uſ
q3 ad annum domini.453. Et ideo non eſt mōtuus āno domini
436.ut dicebatur ⁊ male ⁊ impoſſibiliter. eſſet differentia anno
rum.17.ut patet. Alia vero q̄zplura apocripha ⁊ falſa ſcribere p̄
termitto breuitatis cauſa ne promiſſum compendium dicendi et
modum excedam ac etiam ex eo quod in libro noſtro reſponſa-
li poſita ſunt multa:⁊ ibi reprobata: Sunt reprobande etiam falſi
tates ſermonum ad heremitas:ſed egent alio opuſculo ad ſingu
la reſponſali. Sufficiat vidiſſe q̄z compendioſe fundamentum li
bri dicti fratris Ambroſii.in ſeptem concluſionibus falſis veluti
in arenoſo loco ſuper ſeptem ligneis columnis variatis ruinam
minans poſitum ⁊ ſtipulis ſuperedificatum ⁊ dillatatum:⁊ adig
nem comburentem digniſſime preparatum.

Finis adeſt trium Sermonum beati
Auguſtini.de clericoꝝ vita moribuſq3
vna cum vita sancti Auguſtini.necnon
cuiuſdam epiſtole ipſius. An clericis li
ceat pſecutōis tp̄e ſibi cōmendatū po-
pulū derelinquere.q̄ oia impreſſa fue-
re Padue p̄ mgr̄m Matheū Cer-
donis. Anno domini.1484.

Sequentia in ſollennitate ſanctiſſimi Au-
guſtini patris canonicorum Regulariū.

De profundis tenebrarum
Mundo lumen exit clarum
Et ſcintillat hodie.
Olim quidem vas erroris
Auguſtinus vas honoris
datus eſt eccleſie.
Verbo dei dum obedit
Credit errans ꝛ accedit
ad baptiſſimi gratiam.
Quam in primis tuebatur
Verbis ſcriptis execratur
erroris fallaciam.
Firmans fidem formans mores
Legis ſacre perverſores
verbi necat gladio.
Obmuteſcit fortunatus
Cedunt manes ꝛ donatus
tante lucis radio.
Mundus marcens ꝛ inanis
Et doctrinis doctus vanis
per peſtem hereticam.
Multum cepit fructum ferre
Dum in fines orbis terre
fidem ſparſit vnicam.
Clericalis vite formam
Conquadrauit iuxta normam
cetus apoſtolici.
Sui quippe nil habebant
Tanquam ſuum ſed diuidebant
in commune clerici.

Sic multorum pro ſalute
Diu uiuens in vitute
Bona tandem ſenectute.
dormiuit cum patribus :
In extremis nil legauit
Qui nil ſuum exiſtimauit
Imo totum reputauit
commune cum fratribus.
Salue gemma confeſſorum
Lumen chriſti vox celorum
Tuba vite lux doctorum
preſul beatiſſime.
Qui te patrem venerantur
Te ductore conſequantur
Uitam in qua gloriantur
beatorum anime. Amen

ELVCIDARIVM
CHRISTIANARVM
RELIGIONVM

REGULA
S. AUGUSTINI

EUSEBIUS CONRADUS
DE DIGNITATE
CANONICORUM
REGULARIUM

Sala
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 10